LAVRENTII PARISIOLI

DE ARTE GRAMMATICA PRIMA INSTITVTIO.

Cum Priuilegio.

R O M AE,
Apud Bartholomæum Bonfadinum, & Titum Dianum. 1583.

Superiorum Permissu.

LAVRENTII PARISIOLI

DE ARTE GRAMMATICA PRIMA INSTITVTIO.

Cum Priuilegio.

ROMAE,
Apud Bartholomaeum Bonfadinum, & Titum Dianum. 1583.

Superiorum Permissu.

REVER.MO ET ILLVSTRI CAESARI GRASSO EPISCOPO FAVENTINO ROMANI GYMNASII dignissimo Rectori.

Laurentius Parisiolus S.

Meminisse potes prudentissime, Fauētinorum, Episcope, te, dum Romæ Gymnasiū optime regeres, Pontificio nomine doctissimis poeticam virtutem & oratoriam facultatem publice legentibus suasisse, vt grāmaticam aliquam breuem, & dilucidam componerent, qua singuli

ludi magiſtri vtentes ſine vlla variatione, eodem exemplo, iiſdem & præceptis, & verbis pueros inſtituerent. Cum ſatis compertum ſit diſcipulos mutatis (vt fit) ſæpius pręceptoribus, variaque diſcendi methodo confuſos, aut longo poſt tempore, magnoque negotio notitiam artis conſecutos fuiſſe, aut rei difficultate perterritos animum ab omni doctrinarũ genere penitus auertiſſe. Sed vbi ad Vrbẽ diſceſſeras, maximis intentus negocijs, quibus te Summus Pontifex aſſidue præfecerat, infecta res ita refrixit, vt obliuioni tradita, cito peritura tota eſſe videretur. Quamobrem ego non dubitaui publicę vtilitatis cauſa ſeniles vires meas antiquis literarum laboribus exponere. Compoſuimus

igitur

igitur de integro breuissimum hoc opusculum, quod vsque ab adolescentia condidimus, auximus, & emendauimus. Idque non modo politioris humanitatis lectoribus, sed Illustrissimis gymnasij Protectoribus comprobatum, curauimus imprimendum, tuoque nomini iure ipso nuncupauimus, vt cuius opera, & suasu libellus in lucem redijt, eum Patronum merito autor operis agnoscat. Romę Cal. Septemb.

AD TYRONES.

LAudabunt alij, qui magna volumina condunt,
Complectique suis visi sunt omnia chartis.
Sed nos sectemur, quam monstrat Horatius, artem,
Quicquid præcipias, esto breuis, vt cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantq. fideles.
Ante breues ergo fandi perdiscite leges:
Aurea præterea scriptorum dicta bonorum
Nocturna versate manu, versate diurna.
Summus vt Orator Romane vertere Graios
Assuerat, vobis opus est mutare Latinos:
Materna verbum de verbo expromite lingua.
Atque eadem verbis reddantur verba Latinis.
Rhetoras hinc alios, alios fecere poetas
Pierides: tales sic vos præstabit Apollo.

DE LITERIS

Litera est vox, quæ scribi potest indiuidua. vel litera est minima pars vocis compositæ. Sunt autem literæ vna & viginti. a b c d e f g i l m n o p q r s t u x y & z. H nõ est litera sed aspiratio. K penitus est superuacua. Diuiduntur deinde literę in vocales, & consonantes. Vocales sunt sex a e i o u & y. ex quatuor vocalibus a e o u fiunt diphthongi quatuor æ & œ, au & eu, in æ & œ, e solum effertur, in au & eu vocales ambę pronunciantur. Consonantes sunt quindecim b c d f g l m n p q r s t x & z. i etiam & u ante vocalem in eadem syllaba dicuntur consonantes, vt iustitia & veritas. Partiuntur item consonantes in semiuocales & mutas. Semiuocales sunt septem l m n r s x & z. quarum liquidę sunt duę l & r. duplices duæ x & z, i quoque inter duas vocales vim suam retinentes dicitur esse duplex consonans, vt aio, Troia. Mutæ sunt octo b c d f g p q t. Ex literis componuntur syllabæ, ex syllabis dictiones, ex dictionibus oratio in qua loquendi ratio tota consumitur.

Syllaba est comprehensio literarum nihil significans sub vno accentu & vno spiritu prolata. Ab singulis tamen incipiens vocalibus ad sex vsque literas progredi syllaba potest, vt a, ab, abs, pars, stans, monstrans. Quare si tres precedunt consonantes, non possunt nisi duæ consequi vocalem, vt monstrans: contra similiter vt stirps. Nec plures sunt in dictione syllabæ, quàm ipsę vocales, ex quibus fiunt, nisi sit diphthongus. Si inter duas dictionis vocales sit vna consonans, posteriori coniungitur, vt lego. Sin plures, modo diuiduntur, vt artes, mille, modo construuntur, vt basta, modo & diuiduntur, & construuntur vt monstro. Horum omnium regulam nouerimus, si quę simul coniungantur consonantes cum vocalibus, vel in principio, vel in medio, vel in fine dictionis didicerimus. Iam vero copulatas has esse nouimus, vt Bd, bl, br, bs, vt abdomen, bibliopola, ebrius, absinthium. Cl, cm, cn, cr, ct, ctr, vt aclis, Alchmena, techna, acris, actus, mulctra. Dl, dm, dn, dr, vt Abodlas, Cadmos, Ariadne, Hadrianus, Fl, fr, vt flauus, Afranius. Gd, gl, gm, gn, gr, vt Migdonides, ægloga, agmen, agnus, ægre. Mn, vt amnis. Pl, pn, pr, ps, pt, ptr, vt amplus, Terapne, Aprilis, ipse, aptus, sceptrum. Sb, sc, scl, scr, sm, sp, pl, spl, sq, st, stl, stm, str, vt Asbestum, Asculũ, Asclepiadotus, Asqua, smaragdus, aspis, splendidus,

dus, spretus, squallor, noster, stlopus, Istmus, astrum. Tl, tm, tn, tr, vt Atlas, arithmetica, atna, antrum.

DE DICTIONE ET partibus orationis.

DIctio est vox ex instituto significans, cuius pars nulla quicquam significat separata. Eius genera sunt ipsę partes orationis octo; quatuor declinabiles nomen, verbũ, participium, & pronomen quatuor indeclinabiles prępositio, aduerbiũ interiectio, & cõiunctio. Articuli autẽ, cum apud latinos non fuisset, vsi sunt grammatici, ad distinguenda nominum genera, pronomine hic hęc hęc, quę propterea vocauerunt articulos, quod hic sit index masculini generis, hęc fœminini, hoc neutri, hic & hęc communis, hic, & hęc & hoc omnis, hic vel hęc incerti. Articulus autem declinatur hoc modo. N. hic hęc hoc. G. huius. D. huic. Ac. hunc hanc hoc. Abl. ab hoc ab hac ab hoc. Pl. hi hę hęc. G. horum harum horum. D. his. Ac. hos has hęc. Abl. ab his.

DE NOMINE.

NOmen est declinabilis dictio sine tempore rerum substantiam vel qualitatem declarans cum casu. Est autem nomen duplex substantiuum, & adiectiuum. Substantiuum declinatur per vnũ

articulum tantum, vt hic Deus, vel per duos adsummum, vt hic & hec homo. Adiectiuum vero variatur, aut per tres articulos, & vnam, vel duas, vel tres voces, vt hic, & hec, & hoc felix, hic & hec fortis, & hoc forte, hic alacer, hec alacris & hoc alacre, aut remotis articulis, per tres diuersas voces, vt albus alba album. Substantiuum preterea diuiditur in proprium & appellatiuum. Proprium est quod indiuiduam rei substantiam significat, vt Roma, Lutetia, Cesar. Appellatiuum quod est commune multorum, vt vrbs, homo. Nominis accidentia sunt quinque, species, genus, numerus, figura, & casus. Species due primitiua & deriuatiua: primitiua, vt Perusia, deriuatiua vt Perusinus. Genera septem masculinum, fœmininum, neutrum, commune, omne, incertum, & promiscuum. Masculinum cui preponitur hic, vt hic Deus. Fœmininum cui preponitur hec, vt hec Maria. Neutrum cui preponitur hoc, vt hoc cœlum. Commune cui preponuntur hic & hec, vt hic & hec homo. Omne cui preponuntur hic & hec & hoc, vt hic & hec & hoc felix. Incertum cui preponuntur hic vel hec, vt hic vel hec dies. Promiscuum quod sub vna voce & vno articulo tam marem, quam fœminam significat, vt hic passer, & hec aquila. Numeri sunt duo singularis & pluralis; singularis vt hic poeta, pluralis vt hi poete. Figure due, simplex & composita, simplex vt iustus, composita vt iniustus. Casus sunt sex nominatiuus, ge-

nitiuus

nitiuus, datiuus, accusatiuus, vocatiuus, & ablatiuus. Nominatiuus hic dominus, genitiuus huius domini, datiuus huic domino, accusatiuus hunc dominum, vocatiuus ò domine, ablatiuus ab hoc domino. Ex casibus fere genitiuus declinationes distinguit, quę sunt quinque, prima cuius genitiuus singularis desinit in æ, secunda in i, tertia in is, quarta in us, vel in u, quinta in ei diuisas literas, vt hic poeta huius poetę, hic dominus domini, hic pater patris, hic visus visus, & hoc genu genu, & hæc res rei.

DECLINATIO PRIMA.

S. HIc poeta, huius poetæ, huic poetæ, hanc poetam, ò poeta, ab hoc poeta. Pl. hi poetæ, horum poetarum, his poetis, hos poetas, ò poetæ, ab his poetis.

S. Hic Aeneas, huius æneæ, huic æneæ, hũc ęneã, uel ęnean, ò ænea, ab hoc ænea. Pl. hi æneæ, horũ ęnearum, his ęneis, hos æneas, ò æneæ, ab his æneis.

S. Hic Anchises, huius anchisæ, huic anchisæ, hunc anchisem, uel anchisen, ò anchise, ab hoc anchise. Pl. hi anchisę, horum anchisarum, his anchisis hos anchisas, ò anchisæ, ab his anchisis.

S. Hæc musa, huius musæ, huic musæ, hanc musam, ò musa, ab hac musa. Pl. hę musæ, harum musarum, his musis, has musas, ò musæ, ab his musis.

S. Hæc Penelope, huius penelopes, huic penelopæ, banc penelopen, ò penelope, ab hac penelope. Pl. hę penelopæ, harum peneloparum. his penelopis, his penelopas, ò penelopæ, ab his penelopis.

S. Hic & hęc aduena, huius aduenæ, huic aduenæ, hunc & hanc aduenam, ò aduena, ab hoc & ab hac aduena. Pl. hi & hę aduenę, horum & harũ aduenarum, his aduenis, hos & has aduenas, ò aduenæ, ab his aduenis. ¶ Omnia nomina primæ declinationis in plurali per omnes casus vno eodemque modo declinantur. Excipiuntur nomina sex in a fœminini generis, filia nata, dea, liberta, equa, & mula quæ faciunt datiuum, & ablatiuum, in abus, vt dea deabus, filia filiabus, sic nata, liberta, equa, & mula.

SECVNDA.

S. HIc magister, huius magistri, huic magistro, hunc magistrum, ò magister, ab hoc magistro. Pl. hi magistri, horum magistrorum, his magistris, hos magistros, ò magistri, ab his magistris.

S. Hic dominus, huius domini, huic domino, hunc dominum, ò domine, ab hoc domino. Pl. hi domini, horum dominorum, his dominis, hos dominos, ò domini, ab his dominis.

S. Hic Antonius, huius antonij, huic antonio, hunc an-

antonium, ò antoni, ab hoc antonio. Pl. hi antonij, horum antoniorũ, his antonijs, hos antonios, ò antonij, ab his antonijs.

S. Hic Deus, huius dei, huic deo, hũc deum, ò deus, ab hoc deo. Pl. hi Dei vel dij, horum deorum, vel deũ, his deis vel dijs, hos deos, ò dei vel dij, ab his deis vel dijs.

S. Hic Theseus, huius thesei, huic theseo, hunc theseum, ò theseu, ab hoc theseo. Pl. hi thesei, horum theseorum, his theseis, hos theseos, ò thesei, ab his theseis.

S. Hoc templum, huius templi, huic templo, hoc templum, ò templum, ab hoc templo. Pl. hæc templa, horum templorom, his templis, hæc templa, ò templa, ab his templis.

S. Nominatiuus bonus bona bonum, Genitiuus boni bonæ boni. Datiuus bono bonæ bono. Accusatiuus bonum bonam bonum. Vocatiuus ò bone, bona bonum. Ablatiuus à bono bona bono. Pluraliter boni bonæ bona. Genitiuus bonorum bonarum bonorum. Datiuus bonis. Accusatiuus bonos bonas bona. Vocatiuus ò boni bonæ bona. Ablatiuus à bonis. Masculina nomina secundæ declinationis in ius desinentia, si sint propria, habent vocatiuum singularem in i solum, vt Virgilius, ò Virgili, sin appellatiua in e, vt socius, ò socie. Filius tamen habet ò fili, & Deus, ò Deus. Nomina vero in eus diphthongum vocatiuum habent in eu, vt ò Theseu. Nomina

neu-

neutra cuiuscunque sint declinationis, tres habent casus similes, nominatiuum, accusatiuum & vocatiuum, vt hoc templum, ò templum. Item in plurali, sed in a semper exeuntes, vt hæc, & ò templa.

TERTIA.

§. *HIc pater, huius patris, huic patri, hunc patrem, ò pater, ab hoc patre. Pl. hi patres, horum patrũ, his patribus, hos patres, ò patres, ab his patribus.*

§. *Hæc turris huius turris, huic turri, hanc turrim vel turrem, ò turris, ab hac turri vel turre. Pl. hæ turres, harum turrium, his turribus, has turres vel turris, ò turres, ab his turribus.*

§. *Hoc poema, hui⁹ poematis, huic poemati, hoc poema, ò poema, ab hoc poemate. Pl. hæc poemata, horum poematum, his poematibus, & poematis, hæc poemata, ò poemata, ab his poematibus & poematis.*

§. *Hoc cubile, huius cubilis, huic cubili, hoc cubile, ò cubile, ab hoc cubili. Pl. hæc cubilia, horum cubilium, his cubilibus, hæc cubilia, ò cubilia, ab his cubilibus.*

§. *Hoc tempus, huius temporis, huic tempori, hoc tempus, ò tempus, ab hoc tempore. Pl. hæc tempora, horum temporum, his temporibus, hæc tempora,*

pora, ò tempora, ab his temporibus.

§. Hic & hæc homo, huius hominis, huic homini, hunc & hãc hominem; ò homo, ab hoc & ab hac homine. Pl. hi & hæ homines, horum & harum hominum, his hominibus, hos & has homines, ò homines, ab his hominibus.

§. Hic & hæc omnis & hoc omne, huius omnis, huic omni; hunc & hanc omnem, & hoc omne; ò omnis & ò omne, ab hoc & ab hac & ab hoc omni. Pl. hi & hæ omnes, & hæc omnia, horum harum & horum omnium, his omnibus, hos & has omnes vel omnis, & hęc omnia, ò omnes, & omnia, ab his omnibus.

§. Hic & hęc maior & hoc maius, huius maioris, huic maiori, hunc & hanc maiorem, & hoc maius, ò maior & ò maius, ab hoc & ab hac & ab hoc maiore vel maiori. Pl. hi & hæ maiores & hęc maiora, horum & harum & horum maiorum, his maioribus, hos & has maiores, & hęc maiora, ò maiores & ò maiora, ab his maioribus.

§. Hic & hęc, & hoc felix, huius felicis, huius felici, hunc & hanc felicem, & hoc felix, ò felix, ab hoc & ab hac & ab hoc felice, vel felici. Pl. hi & hæ felices & hæc felicia, horum & harum & horum felicium, his felicibus, hos & has felices, vel felicis, & hæc felicia, ò felices, & ò felicia, ab his felicibus.

S. HIc visus, huius visus, huic visui, hunc visum, ò visus, ab hoc visu. Pl. hi visus, horum visuum, his visibus, hos visus, ò visus, ab his visibus.

S. Hęc manus, huius manus, huic manui, hanc manum, ò manus, ab hac manu. Pl. hæ manus, harum manuũ, his manibus, has manus, ò manus, ab his manibus.

S. Hæc domus, huius domus vel domi, huic domui, hanc domum, ò domus, ab hac domo. Pl. hę domus, harum domorum, vel domuum, his domibus, has domos vel domus, ò domus, ab his domibus.

S. Hoc genu, huius genu, huic genu, hoc genu, ò genu, ab hoc genu. Pl. hęc genua, horum genuum, his genibus, hęc genua, ò genua ab his genibus.

QVINTA.

S. HAec res, huius rei, hanc rem, ò res, ab hac re. Pl. hę res, harum rerum, his rebus, has res, ò res, ab his rebus.

S. Hic vel hęc dies, huius diei, huic diei, hunc vel hanc diem, ò dies, ab hoc vel ab hac die. Pl. hi dies, horum dierum, his diebus, hos dies, ò dies, ab his diebus.

S. Nominatiuus vnus vna vnum. G. vnius. D. vni. Ac. vnum vnam vnum. V. ò vne vna vnum. Abl. ab vno vna vno. Pl. vni vnæ vna. G. vnorum vnarum vnorum. D. vnis. Ac. vnos vnas vna. V. ò vni vnę vna. Ab. ab vnis. Ad hoc exemplum declinatur, totus, solus, alter, alius, vter, vllus, & quis vel qui.

N. pl. duo duę duo. G. duorum duarum duorum. D duobus duabus duobus. Ac. duos duas duo. V. ò duo duę duo. Ab. à duobus duabus duobus.

N. pl. hi & hę tres, & hęc tria. G. horum & harum & horum trium. D. his tribus. Ac. hos & has tres vel tris, & hęc tria. V. ò tres, & ò tria. Ab. ab his tribus.

N. pl, hi & hę & hęc quatuor, G. horum & harum & horum quatuor. D. his quatuor. Ac. hos & has & hęc quatuor. V. ò quatuor. Ab. ab his quatuor. A quatuor enim ad centum sunt omnis generis numeri pluralis, & indeclinabilia.

N. pl. ducenti ducentę ducenta. G. ducentorum ducentarum ducentorum. D. ducentis. Ac. ducentos ducentas ducenta. V. ò ducenti ducentæ ducenta. Ab. à ducentis.

Mille duplicem habet declinationē, aut enim generis est omnis, numeri pluralis, & indeclinabile, vt quatuor, aut generis neutri, & in singulare

lari quidem sine declinatione vocis, in plurali vero vt nomina neutri generis, & declinationis tertiæ variatur. Et est quod vulgo dicimus milliarium.

Pl. Hic & hę & hęc mille. G. horum & harum & horum mille. D. his mille. Ac. hos & has & hęc mille. V. ò mille, Abl. his mille.

S. Hoc mille, huius mille, huic mille, hoc mille, ò mille, ab hoc mille. Pl. hæc millia, horum millium, his millibus, hęc millia, ò millia, ab his millibus.

RELATIVVM.

Singularis N. quis uel qui quę quod vel quid. G. cuius. D. cui. Ac. quem quam quod vel quid. Abl. à quo à qua à quo. Pl. qui quę quę. G. quorum quarũ quorum. D. quibus. Ac. quos quas quę. Ab. à quibus.

VERBVM.

Verbum est dictio declinabilis cum tempore, actionem, vel passionem significans sine casu. Verbo accidunt octo, genus, tempus, modus, species, figura, coniugatio, persona & numerus. Genera verborum sunt quinque. Actiuum, Passiuum, Neutrum, Commune, & Deponens. Actiuum desinit in o, & format passiuum in or,

vt amo amor. Passiuum in or, & formatur ab actiuo addita r, vt amor, ab amo. Neutrum in o, & non format passiuum in or, vt seruio. Commune in or, non formatur ab actiuo, & vtramque significationem habet, vt sector. Deponens in or, non formatur ab actiuo, & alteram habet significationem, vt sequor, & orior. Tempora sunt quinque, præsens præteritum imperfectum, præteritum perfectum, preteritum plusquam perfectum, & futurum. Presens, vt amo, preteritum imperfectum, vt amabam. Præteritum perfectum, vt amaui, preteritum plusquam perfectum, vt amauerim, futurum vt amabo. Modi sunt quinque, indicatiuus, imperatiuus, optatiuus, subiunctiuus, & infinitus. Indicatiuus vt amo, imperatiuus, vt ama, optatiuus vtinam amarem, subiunctiuus cum amem, infinitus vt amare. Species sunt due, primitiua, & deriuatiua, primitiua ut dormio, deriuatiua vt dormito. Figure sunt due simplex, & composita, simplex ut taceo, composita vt conticeo. Coniugationes sunt quatuor, prima in secunda persona presentis indicatiui desinit in as, aut aris, vt amo amas, & amor amaris; secunda in es, aut eris pen. longa, vt doceo doces, & doceor doceris; tertia in is, aut eris pen. breui, ut lego legis, & legor legeris; quarta in is, aut iris pen. longa, ut audio audis, & audior audiris. Personę sunt tres, prima, secunda, & tertia,

tia, prima ut amo, secunda ut amas, tertia ut amat, similiter in plurali, prima ut amamus, secunda ut amatis, tertia ut amant. Numeri sunt duo, singularis, & pluralis, singularis ut amo, pluralis ut amamus.

CONIVGATIO PRIMA.

INdicatiuus tẽpore pręsenti. Amo amas amat. Pl. amamus amatis amant. Pręt. imp. amabam amabas amabat. Pl. amabamus amabatis amabant. Pręt. perf. amaui amauisti amauit. Pl. amauimus amauistis amauerunt uel amauere. Pręt. plus. amaueram amaueras amauerat. P. amaueramus amaueratis amauerant. F. amabo amabis amabit. Pl. amabimus amabitis amabunt. Imperatiuus tempore præsenti ama amet. P. amemus amate ament. F. amato tu amato ille. P. amemus amatote amanto. Optatiuus tempore pręsenti vtinã amem ames amet. P. amemus ametis ament. Pręt. imp. utinam amarem amares amaret. P. amaremus amaretis amarent. Pręt. perf. utinã amauerim amaueris amauerit. P. amauerimus amaueritis amauerint. Pręt. plus. utinam amauissem amauisses amauisset. P. amauissemus amauissetis amauissent. F. utinam amem ames amet. P. amemus ametis ament. Subiunctiuus tempore pręsenti cum amem ames amet.

met. P. amemus ametis ament. Pręt.imp.cum amarem amares amaret. P. amaremus amaretis amarent. Præt. perf. cum amauerim amaueris amauerit. P. amauerimus amaueritis amauerint. Pręt. plusq. cum amauissem amauisses amauisset. Pl. amauissemus amauissetis amauissent. F. cum amauero amaueris amauerit. P. amauerimus amaueritis amauerint. Infinitus tempore pręsenti, & pręt. imp. amare. Pręt. perf. & plusq. amauisse. F. amaturum esse.

IN dicatiuus tempore pręsenti. Amor amaris uel amare, amatur. Pl. amamur amamini amantur. Præt. imp. amabar amabaris vel amabare, amabatur. P. amabamur amabamini amabantur. Præt. per. amatus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. P. amati sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere. Præt. plusq. amatus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. P. amati eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant. F. amabor amaberis vel amabere amabitur. P. amabimur amabimini amabuntur. Imperatiuus tempore præsenti amare tu, ametur ille. P. amemur amamini amentur. F. amator tu, amator ille. P. amemur amaminor amantor. Optatiuus tẽpore pręsenti vtinam amer ameris vel amere ametur. P. amemur amemini amentur. Præt. imp. vtinã

amarer amareris vel amarere amaretur. P. amaremur amaremini amerentur. Præt. perf. vtinã amatus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. P. amati simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint. Prę t. pluf. vtinam amatus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. P. amati essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F. vtinam amer, ameris vel amere ametur. P. amemur amemini amentur. Subiunctiuus tempore præsenti cum amer ameris vel amere ametur. P. amemur amemini amentur. Prę t. imp. cum amarer amareris vel amarere amaretur. P. amaremur amaremini amarentur. Præt. perf. cum amatus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. P. amati simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint. Prę t. pluf. cum amatus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. P. amati essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F. cum amatus ero vel fuero, eris vel fueris, erit vel fuerit. P. amati erimus vel fuerimus, eritis vel fueritis, erunt vel fuerint. Infinitus tempore præsenti, & præt. imp. amari. Præt. perf. & pluf. amatum esse vel fuisse. F. amatum iri, vel amandum esse. Indicatiuus impersonalis tempore prę senti amatur. Præt. imp. amabatur. Præt. perf. amatum est vel fuit. Prę t. pluf. amatum erat vel fuerat. F. amabitur. Imperatiuus tempore præsenti ametur.

tur. Optatiuus tempore præsenti vtinam ametur. Præt.imp. vtinam amaretur. Prӕt. perf. amatum sit vel fuerit. Præt.plus.amatum esset vel fuisset. F. ametur. Subiunctiuus tempore præsenti cū ametur. Præt.imp.amaretur. Prӕt. perf. amatum sit vel fuerit. Præt. plus. amatum esset vel fuisset. F. amatum erit vel fuerit. Infinitus tempore prӕsenti, & prӕt.imperf. amari. Præt. perf. & plus. amatum esse vel fuisse. F. amatum iri. Gerundium amandum, amandi, amando, amandum, amando. Habet enim quinque casus, nominatiuum, genitiuum, datiuum, accusatiuum, & ablatiuum neutri nominis declinationis secundæ similes in numero singulari. Supinum amatum amatu.

SECVNDA.

INdicatiuus tempore præsenti. Doceo doces docet. P. docemus docetis docent. Præt. imp. docebam docebas docebat. P. docebamus docebatis docebant. Præ. perf. docui docuisti docuit. P. docuimus docuistis docuerunt vel docuere. Præt. plus. docueram docueras docuerat. P. docueramus docueratis docuerant. F. docebo docebis docebit. Pl. docebimus docebitis docebūt. Imperatiuus tempore præsenti doce doceat. P. doceamus docete doceant. F. doceto tu, doceto ille. P. doceamus docetote docento. Optatiuus tempo-

re præsenti vtinam doceam doceas doceat. P. doceamus doceatis doceant. Præt. imp. docerem doceres doceret. P. doceremus doceretis docerent. Præt. perf. docuerim docueris docuerit. P. docuerimus docueritis docuerint. Præt. plus. docuissem docuisses docuisset. P. docuissemus docuissetis docuissent. F. doceam doceas doceat. P. doceamus doceatis doceant. Subiunctiuus tempore præsenti cum doceam doceas doceat. P. doceamus doceatis doceant. Præt. imp. docerem doceres doceret. P. doceremus doceretis docerent. Præt. perf. docuerim docueris docuerit. P. docuerimus docueritis docuerint. Præt. plus. docuissem docuisses docuisset. P. docuissemus docuissetis docuissent. F. docuero docueris docuerit. P. docuerimus docueritis docuerint. Infinitus tempore præsenti, & præt. imp. docere. Præt. perf. & plus. docuisse. F. doctum esse.

Indicatiuus tempore præsenti. Doceor doceris vel docere docetur. P. docemur docemini docentur. Præt. imp. docebar docebaris vel docebare docebatur. P. docebamur docebamini docebantur. Præt. perf. doctus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. P. docti sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere. Præt. plus. doctus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. P. docti eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant. F. docebor doceberis

vel docebere docebit. P. docebimur docebimini docebuntur. Imperatiuus tempore præsenti docere doceatur. P. doceamur docemini doceantur. F. docetor tu docetor ille. P. doceamur doceminor docentor. Optatiuus tempore præsenti vtinam docear docearis vel doceare doceatur. P. doceamur doceamini doceantur. Præt. imp. docerer docereris vel docerere doceretur. P. doceremur doceremini docerentur. Præt. perf. doctus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. Pl. docti simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint. Pręt. plusq. doctus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. Pl. docti essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F. docear docearis vel doceare doceatur. Pl. doceamur doceamini doceantur. Subiunctiuus tempore præsenti cum docear docearis vel doceare doceatur. Pl. doceamur doceamini doceantur. Præt. imp. docerer docereris vel docerere doceretur. P. doceremur doceremini docerentur. Pręt. perf. doctus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. P. docti simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint. Præt. plus. doctus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. P. docti essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F. doctus ero vel fuero, eris vel fueris, erit vel fuerit. P. docti erimus vel fuerimus, eritis vel fueritis,

erunt

erunt vel fuerint. Infinitus tempore præsenti & præt.imp.doceri. Præt.perf.& pluſ.doctum eſſe vel fuiſſe. F.doctum iri vel docendum eſſe. Indicatiuus impersonalis tempore præsenti docetur. Præt.imp.docebatur. Præt.perf.doctum eſt vel fuit. Præt.pluſ.doctum erat vel fuerat. F.docebitur. Imperatiuus tempore præsenti vtinam doceatur. Præt. imp. doceretur. Pręt. perf. doctum ſit vel fuerit. Præt.pluſ. doctum eſſet vel fuiſſet. F.doceatur. Subiunctiuus tempore præsenti cum doceatur. Pręt.imp.doceretur. Pręt.perf.doctum ſit vel fuerit. Pręt. pluſ. doctum eſſet vel fuiſſet. F.doctum erit vel fuerit. Infinitus tempore præsenti, & præt.imp.doceri. Præt.perf.& pluſq. doctum eſſe vel fuiſſe. F. doctum iri. Gerundium docendum, docendi, docendo, docendum, docendo. Supinum doctum doctu.

TERTIA.

INdicatiuus tempore pręsenti. Lego legis legit. Pl.legimus legitis legunt. Præt.imp.legebam legebas legebat. Pl.legebamus legebatis legebant. Præt.perf.legi legiſti legit. P.legimus legiſtis legerunt vel legere. Præt.pluſ.legeram legeras legerat. P.legeramus legeratis legerant. F.legam leges leget. P.legemus legetis legent. Imperatiuus tempore præsenti lege legat. P. legamus le-

gite

gite legant. F. legito tu, legito ille. P. legamus legetote, legunto. Optatiuus tempore præsenti vtinam legam legas legat. Pl. legamus legatis legant. Præt. imp. legerem legeres legeret. Pl. legeremus legeritis legerent. Præt. perf. legerim legeris legerit. P. legerimus legeritis legerint. Pret. plus. legissem legisses legisset. P. legissemus legissetis legissent. F. legam legas legat. P. legamus legatis legant. Subiunctiuus tempore presenti cum legam legas legat. P. legamus legatis legant. Pret. imp. legerem legeres legeret. Pl. legeremus legeretis legerent. Præt. perf. legerim legeris legerit. Pl. legerimus legeritis legerint. Præt. plus. legissem legisses legisset. Pl. legissemus legissetis legissent. F. legero legeris legerit. Pl. legerimus legeritis legerint. Infinitus tempore præsenti. & præt. imp. legere. Præt. perf. & plus. legisse. F. lecturum esse.

INdicatiuus tempore præsenti. Legor legeris vel legere legitur. Pl. legimur legimini leguntur. Præt. imp. legebar legebaris vel legebare legebatur. P. legebamur legebamini legebantur. Pret. perf. lectus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. P. lecti sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere. Præt. plus. lectus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. P. lecti eramus vel fueramus, eratis vel

fueratis,

fueratis, erant vel fuerant. F. legar legeris vel legere legetur. P. legemur legemini legentur. Imperatiuus tempore præsenti legere legatur. P. legamur legimini legantur. F. legitor tu, legitor ille. P. legamur legiminor leguntor. Optatiuus tempore pręsenti vtinam legar legaris vel legare legatur. P. legamur legamini legantur. Pręt. imp. legeter, legereris, vel legerere, legeretur. P. legeremur legeremini legerentur. Præt. perf. lectus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. P. lecti simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint. Pręt. plus. lectus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. P. lecti essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F. legar legaris vel legare legatur. P. legamur legamini legantur. Subiunctiuus tempore pręsenti cum legar legaris vel legare legatur. P. legamur legamini legantur. Pręt. imp. legerer legereris vel legererc legeretur. P. legeremur legeremini legerentur. Præt. perf. lectus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. P. lecti simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint. Pręt. plus. lectus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. P. lecti essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F. lectus ero vel fuero, eris vel fueris, erit vel fuerit. P. lecti erimus vel fuerimus, eritis vel fueritis, erunt uel fuerint. Infinitus tempore pręsenti, & pręt. imp. legi.

Pręt.

Pręt.per. & plus.lectum esse vel fuisse. F. lectū iri, vel legendum esse.

INdicatiuus impersonalis tempore pręsenti legitur. Præt. imp. legebatur. Pręt. perf. lectum est vel fuit. Pręt. plus. lectum erat vel fuerat. F. legetur. Imperatiuus tempore præsenti legatur. Optatiuus tempore præsenti vtinam legatur. Pręt. imp. legeretur. Præt. perf. lectum sit vel fuerit. Pręt. plus. lectum esset uel fuisset. F. legatur. Subiunctiuus tempore pręsenti cum legatur. Præt. imp. legeretur. Præt. perf. lectum sit uel fuerit. Pręt. plusq. lectum sit uel fuerit. F. lectum erit uel fuerit. Infinitus tempore pręsenti, & pręt. imp. legi. Pręt. perf. & plus. lectum esse uel fuisse. F. lectum iri. Gerundium legendum, legendi, legendo, legendum legendo. Supinum lectum lectu.

QVARTA.

INdicatiuus tempore præsenti. Audio audis audit. P. audimus auditis audiunt. Præt. imp. audiebam audiebas audiebat. P. audiebamus audiebatis audiebant. Pręt. perf. audiui audiuisti audiuit. Pl. audiuimus, audiuistis, audiuerunt uel audiuere. Pręt. plus. audiueram audiueras audiuerat. P. audiueramus audiueratis audiuerant. F. audiam audies audiet. P. audiemus

mus audietis audient. Imperatiuus tempore præsenti audi audiat. Pl. audiamus audite audiant. F. audito tu, audito ille. P. audiamus, auditote, audiunto. Optatiuus tempore præsenti utinam audiam audias audiat. P. audiamus audiatis, audiant. Præt. imp. audirem audires audiret. P. audiremus audiretis audirent. Præt. per. audiuerim audiueris audiuerit. Pl. audiuerimus, audiueritis audiuerint. Præt. pluſ. audiuiſſem audiuiſſes audiuiſſet. Pl. audiuiſſemus, audiuiſſetis audiuiſſent. F. audiam audias audiat. Pl. audiamus audiatis audiant. Subiunctiuus tempore præsenti cum audiam audias audiat. Pl. audiamus audiatis audiant. Præt. imp. audirem audires audiret. Pl. audiremus audiretis audirent. Præt. perf. audiuerim audiueris audiuerit. Pl. audiuerimus audiueritis audiuerint. Præt. pluſ. audiuiſſem audiuiſſes, audiuiſſet. Pl. audiuiſſemus audiuiſſetis audiuiſſent. F. audiuero audiueris audiuerit. Pl. audiuerimus audiueritis audiuerint. Infinitus tempore præsenti, & præt. imp. audire. Præt. perf. & pluſ. audiuiſſe. F. auditurum eſſe.

INdicatiuus tempore præsenti. Audior audiris vel audire auditur. Pl. audimur audimini audiuntur. Præt. imp. audiebar audiebaris vel audiebare audiebatur. Pl. audiebamur audiebamini audiebantur. Præt. perf. auditus

ſum uel fui, es uel fuiſti, eſt uel fuit. P. auditi ſumus uel fuimus, eſtis uel fuiſtis, ſunt fuerunt uel fuere. Præt. pluſ. auditus eram vel fueram, cras vel fueras erat vel fuerat. P. auditi eramusuel fueramus, eratis vel fucratis, erant vel fuerant. F. audiar audicris vel audiere, audietur. P. audiemur, audiemini audientur. Imperatiuus tempore præſenti audire audiatur. P. audiamur audimini audiancur. F. auditor tu, auditor ille. P. audiamur audiminor audiuntor. Optatiuus tempore pręſenti vtinam audiar audiaris vel audiare audiatur. P. audiamur audiamini, audiantur. Pręt. imp. audirer audireris vel audirere audiretur. Pl. audiremur audiremini audirentur. Pręt. perf. auditus ſim vel fuerim, ſis vel fueris, ſit vel fuerit. P. auditi ſimus uel fuerimus, ſitis vel fueritis ſint vel fuerint. Pręt. pluſ. auditus eſſem vel fuiſſem, eſſes vel fuiſſes, eſſet uel fuiſſet. P. auditi eſſemus uel fuiſſemus eſſetis uel fuiſſetis eſſent uel fuiſſent: F. audiar audiaris uel audiare, audiatur. P. audiamur audiamini audiantur. Subiunctiuus tempore pręſenti cum audiar audiaris uel audiare audiatur. P. audiamur audiamini audiantur. Præt. imp. audircr audireris uel audirere audiretur. P. audiremur audiremini audirentur. Pręt. perf. auditus ſim uel fuerim, ſis uel fueris, ſit uel fuerit. Pl. auditi ſimus uel fuerimus, ſitis uel fueritis, ſint uel fuerint. Pręt. pluſ. auditus eſſem uel fuiſ-

ſem,

sem, esses uel fuisses, esset uel fuisset. Pl. auditi essemus uel fuissemus, essetis uel fuissetis, essent uel fuissent. F. auditus ero uel fuero, eris uel fueris, erit uel fuerit. P. auditi erimus uel fuerimus, eritis uel fueritis, erunt uel fuerunt. Infinitus tempore pręsenti, & pręt. imp. audiri. Pręt. perf. & pluſ. auditum esse uel fuisse. F. auditum iri, uel audiendum esse. Indicatiuus impersonalis tempore pręsenti auditur. Præt. imp. audiebatur. Pręt. perf. auditus est uel fuit. Pręt. pluſ. auditum erat uel fuerat. F. audietur. Imperatiuus tempore pręsenti audiatur. Optatiuus tempore pręsenti utinam audiatur. Pręt. imp. audiretur. Præt. perf. auditum sit uel fuerit. Pręt. pluſ. auditum esset uel fuisset. F. audiatur. Subiunctiuus tempore præsenti cum audiatur. Præt. imp. audiretur. Pręt. perf. auditum sit vel fuerit. Præt. pluſ. auditum esset vel fuisset. F. auditum erit vel fuerit. Infinitus tempore præsenti, & præt. imp. audiri. Pręt. perf. & pluſ. auditum esse vel fuisse. F. auditum iri. Gerundium audiendum, audiendi, audiendo, audiendum, audiendo. Supinum auditum auditu.

INdicatiuus tempore pręsenti. Fero fers fert. P. ferimus, fertis ferunt. Præt. imp. ferebam ferebas ferebat. Pl. ferebamus ferebatis ferebant. Præt. perf. tuli tulisti tulit. Pl. tulimus tulistis tulerunt vel tulere. Præt. pluſ. tuleram

tule-

leras tulerat. Pl. tuleramus tuleratis tulerant. F. feram feres feret. Pl. feremus feretis ferent. Imperatiuus tempore præsenti fer, ferat. Pl. feramus ferte ferant. F. ferto tu, ferto ille. Pl. feramus, fertote ferunto. Optatiuus tempore præsenti vtinam feram feras ferat. Pl. feramus feratis ferant. Pret. imp. ferrem ferres ferret. Pl. ferremus ferretis ferrent. Præt. perf. tulerim tuleris tulerit. Pl. tulerimus tuleritis tulerint. Pret. plus. tulissem tulisses tulisset. P. tulissetis tulissent. F. feram feras ferat. Pl. feramus feratis ferant. Subiunctiuus tempore præsenti cum feram feras ferat. Pl. feramus feratis ferant. Præt. imp. ferrem ferres ferret. Pl. ferremus ferretis ferrent. Præt. perf. tulerim tuleris tulerit. Pl. tulerimus tuleritis tulerint. Præt. plus. tulissem tulisses tulisset. Pl. tulissemus tulissetis tulissent. F. tulero tuleris tulerit. Pl. tulerimus tuleritis tulerint. Infinitus tempore presenti, & pret. imp. ferre. Pret. perf. & plus. tulisse. F. laturum esse.

INdicatiuus tempore præsenti. Feror ferris vel ferre fertur. Pl. ferimur ferimini feruntur. Præt. imp. ferebar ferebaris vel ferebare ferebatur. Pl. ferebamur ferebamini ferebantur. Præt. perf. latus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. P. lati sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerũt vel fuere. Pret. plus. latus eram vel

 fueram,

fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. Pl. lati eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant. F. ferar fereris vel ferere feretur. Pl. feremur feremini ferentur. Imperatiuus tẽpore pręsenti ferre feratur. Pl. feramur ferimini ferantur. F. fertor tu fertor ille. Pl. feramur feriminor ferantur. Optatiuus tempore præsenti vtinam ferar feraris vel ferare feratur. Pl. feramur feramini ferantur. Præt. imp. ferrer ferreris vel ferrere ferretur. Pl. ferremur ferremini ferrentur. Præt. per. latus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. Pl. lati simus vel fuerimus, sitis uel fueritis, sint vel fuerint. Præt. plus. latus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. Pl. lati essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F. ferar feraris vel ferare feratur. Pl. feramur feramini ferantur. Subiunctiuus tempore pręsenti cum ferar feraris vel ferare feratur. Pl. feramur feramini ferantur. Pręt. imp. ferrer ferreris vel ferrere ferretur. P. ferremur ferremini ferrentur. Pręt. perf. latus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. P. lati simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint. Præt. plus. latus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. Pl. lati essemus vel fuissemus essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F. latus ero vel fuero, eris vel fueris, erit vel fuerit. P. lati erimus vel fuerimus,

eritis

eritis vel fueritis, erunt vel fuerint. Infinitus tempore præsenti, & præt. imp. ferri. Præt. per: & plus. latum esse vel fuisse. F. latum iri vel ferendum esse. Indicatiuus impersonalis tempore præsenti fertur. Pręt. imp. ferebatur. Pręt. perf. latum est vel fuit. Pręt. plus: latum erat vel fuerat. F. feretur. Imperatiuus tempore pręsenti feratur. Optatiuus tempore præsenti vtinam feratur. Pręt. imp. ferretur. Præt. perf. latum sit vel fuerit. Pręt. plus. latum esset vel fuisset. F. feratur. Subiunctiuus tempore pręsenti cum feratur. Pręt. imp. ferretur. Præt. perf. latum sit vel fuerit. Præt. plus. latum esset vel fuisset. F. latum erit vel fuerit. Infinitus tempore præsenti, & præt. imper. ferri. Præt. perf. & plus. latum esse vel fuisse. F. latum iri. Gerundium ferendum, ferendi, ferendo, ferendum, ferendo. Supinum latum latu.

INdicatiuus tempore præsenti. Edo es est. Pl. edimus editis vel estis edunt. Præt. imp. edebam edebas edebat. Pl. edebamus edebatis edebant. Præt. perf. edi edisti edit. Pl. edimus edistis ederunt vel edere. Præt. plus. ederam ederas ederat. P. ederamus ederatis ederant. F. edam edes edet. Pl. edemus edetis edent. Imperatiuus tempore præsenti ede vel es, edat, F. esto tu, esto ille. Pl. edamus estotę

 edunto,

edunto. Optatiuus tempore præsenti vtinam edam edas edat. Pl. edamus edatis edant. Præt. imp. essem esses esset. Pl. essemus essetis essent. Præt. perf. ederim ederis ederit. P. ederimus ederitis ederint. Præt. plus. edissem edisses edisset. P. edissemus edissetis edissent. F. edam edas edat. Pl. edamus edatis edant. Subiunctiuus tempore præsenti cum edam edas edat. Pl. edamus edatis edant. Præt. imp. essem esses esset. Pl. essemus essetis essent. Præt. perf. ederim ederis ederit. Pl. ederimus ederitis ederint. Præt. plus. edissem edisses edisset. Pl. edissemus edissetis edissent. F. edero ederis ederit. Pl. ederimus ederitis ederint. Infinitus tempore præsenti, & Pręt. imp. esse. Præt. perf. & plus. edisse. F. esurum esse.

INdicatiuus tempore præsenti. Edor ederis vel edere, editur vel estur. Pl. edimur edimini eduntur. Præt. imp. edebar edebaris vel edebare edebatur. Pl. edebamur edebamini edebātur. Præt. perf. esus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. Pl. esi sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere. Pręt. plus. esus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. Pl. esi eramus vel fueramus, eratis vel fueratis erāt vel fuerant. F. edar ederis vel edere edetur. Pl. edemur edemini edentur. Imperatiuus tempore præsenti edere edatur. Pl. edamur edimini edātur.

tur. F. editor tu editor ille. Pl. edamur ediminor eduntor. Optatiuus tempore pręsenti vtinam edar edaris vel edare edatur. Pl. edamur edamini edantur. Præt. imp. ederer edereris vel ederere ederetur. Pl. ederemur ederemini ederentur. Præt. perf. esus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. Pl. esi simus vel fuerimus, sitis vel fueritis sint vel fuerint. Pręt. plus. esus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. Pl. esi essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F. edar edaris vel edare edatur. Pl. edamur edamini edantur. Subiunctiuus tempore pręsenti cum edar edaris vel edare edatur. Pl. edamur edamini edantur. Præt. imp. ederer edereris vel ederere ederetur. Pl. ederemur ederemini ederentur. Præt. perf. esus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. Pl. esi simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint. Pręt. plus. esus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. Pl. esi essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F esus ero vel fuero, eris vel fueris, erit vel fuerit. Pl. esi erimus vel fuerimus, eritis vel fueritis, erunt vel fuerint. Infinitus tẽpore pręsenti, & pręt. imp. edi. Pręt. perf. & plus. esum esse vel fuisse. F. esum iri. Indicatiuus impersonalis tempore pręsenti editur, vel estur. Præt. imp. edebatur. Pręt. per. esum est uel fuit. Pręt. plus. esum erat

vel fuerat. F. edetur. Imperatiuus tempore pręsenti edatur. Optatiuus tempore pręsenti vtinam edatur. Pręt. imp. ederetur. Pręt. perf. esum sit vel fuerit. Pręt. pluſ. esum esset vel fuisset. F. edatur. Subiunctiuus tempore pręsenti cum edatur. Præt. imp. ederetur. Pręt. perf. esum sit vel fuerit. Pręt. pluſ. esum esset vel fuisset. F esum erit vel fuerit. Infinitus tempore pręsenti & præt. imp. edi. Pręt. perf. et pluſ. esum esse vel fuisse. F. esum iri. Gerundium edendum, edendi, edendo, edendum edendo. Supinum esum esu.

INdicatiuus tempore pręsenti. Sum es est. Pl. sumus estis sunt. Præt. imp. eram eras erat. Pl. eramus eratis erant. Præt. perf. fui fuisti fuit. Pl. fuimus fuistis fuerunt vel fuere. Præt. pluſ. fueram fueras fuerat. Pl. fueramus fueratis fuerant. F. ero eris erit. Pl. erimus eritis erũt. Imperatiuus tempore pręsenti sis vel es tu, sit ille. Pl. simus, este, sint. F. esto tu esto ille. Pl. simus estote sunto. Optatiuus tempore pręsenti vtinam sim sis sit. Pl. simus sitis sint. Pręt. imp. essem esses esset. Pl. essemus essetis essent. Pręt. perf. fuerim fueris fuerit. Pl. fuerimus fueritis fuerint. Præt. pluſ. fuissem fuisses fuisset. Pl. fuissemus fuissetis fuissent. F. sim sis sit. Pl. simus sitis sint. Subiunctiuus tempore præsenti cum sim sis sit. Pl. simus sitis sint. Præt. imp. essem

esses esset. Pl. essemus essetis essent. Præt. perf. fuerim fueris fuerit. Pl. fuerimus fueritis fuerint. Pręt. plus. fuissem fuisses fuisset. Pl. fuissemus fuissetis fuissent. F. fuero fueris fuerit. Pl. fuerimus fueritis fuerint. Infinitus tempore præsenti, & præt. imp. esse. Pręt. perf. & plus. fuisse. F. fore, vel futurum esse. 35

INdicatiuus tempore præsenti. Volo vis vult. Pl. volumus vultis volunt. Pręt. imp. volebam volebas volebat. Pl. volebamus volebatis volebant. Pręt. perf. volui voluisti voluit. P. voluimus voluistis voluerunt vel voluere. Pręt. plus. volueram volueras voluerat. P. volueramus volueratis voluerant. F. volam voles volet. P. volemus voletis volent. Optatiuus tempore pręsenti vtinam velim velis velit. P. velimus velitis uelint. Pręt. imp. uellem uelles uellet. P. uellemus uelletis uellent. Pręt. perf. uoluerim uolueris uoluerit. P. uoluerimus uolueritis uoluerint. Pręt. plus. uoluissem uoluisses uoluisset. P. uoluissemus uoluissetis uoluissent. F. uelim uelis uelit. P. uelimus uelitis uelint. Subiunctiuus tempore pręsenti cum uelim uelis uelit. P. uelimus uelitis uelint. Pręt. imp. uellem uelles uellet. P. uellemus uelletis uellent. Pręt. perf. uoluerim uolueris uoluerit. Pl. uoluerimus uolueritis uoluerint. Pręt. plus. uoluissem uoluisses uoluisset. Pl. uoluissemus uo-

luiſſetis uoluiſſent. F. uoluero uolueris uoluerit. P. uoluerimus uolueritis uoluerint. Infinitus tempore præſenti, & pręt. imp. uelle. Pręt. perf. & pluſ. uoluiſſe.

INdicatiuus tempore pręſenti. Gaudeo gaudes gaudet. P. gaudemus gaudetis gaudent. Pręt. imp. gaudebam gaudebas gaudebat. P. gaudebamus gaudebatis gaudebant. Pręt. perf. gauiſus ſum uel fui, es uel fuiſti, eſt uel fuit. P. gauiſi ſumus uel fuimus, eſtis uel fuiſtis, ſunt fuerunt uel fuere. Pręt. pluſ. gauiſus eram uel fueram, eras uel fueras, erat uel fuerat. P. gauiſi eramus uel fueramus, eratis uel fueratis, erant uel fuerant. F. gaudebo gaudebis gaudebit. Pl. gaudebimus gaudebitis gaudebũt. Imperatiuus tempore pręſenti gaude, gaudeat. Pl. gaudeamus, gaudete, gaudeant. Optatiuus tempore pręſenti utinam gaudeam gaudeas gaudeat. Pl. gaudeamus, gaudeatis gaudeant. Pręt. imp. gauderem gauderes gauderet. Pl. gauderemus gauderetis gauderent. Pręt. perf. gauiſus ſim uel fuerim, ſis uel fueris, ſit uel fuerit. Pl. gauiſi ſimus uel fuerimus, ſitis uel fueritis, ſint uel fuerint. Pręt. pluſ. gauiſus eſſem uel fuiſſem, eſſes uel fuiſſes, eſſet uel fuiſſet. P. gauiſi eſſemus uel fuiſſemus, eſſetis uel fuiſſetis, eſſent uel fuiſſent. F. gaudeam gaudeas gaudeat. Pl. gaudeamus gaudeatis gaudeant. Subiunctiuus tempo-

re prȩsenti cum gaudeam gaudeas gaudeat. Pl. gaudeamus gaudeatis gaudeant. Prȩt. imp. gauderem gauderes gauderet. Pl. gauderemus gauderetis gauderent. Prȩt. perf. gauisus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. Pl. gauisi simus, vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint. Præt. pluſ. gauisus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. Pl. gauisi essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F. gauisus ero vel fuero, eris vel fueris, erit vel fuerit. Pl. gauisi erimus vel fuerimus, eritis vel fueritis, erunt vel fuerint. Infinitus tempore præsenti, & præt. imp. gaudere. Prȩt. perf. & pluſ. gauisum esse vel fuisse. F. gauisurum esse. Gerundium gaudendum, gaudendi, gaudendo, gaudendum, gaudendo. Supinum gauisum gauisu.

INdicatiuus tempore prȩsenti. Fio fis fit. Pl. fimus fitis fiunt. Prȩt. imp. fiebam fiebas fiebat. Pl. fiebamus fiebatis fiebant. Prȩt. perf. factus sum uel fui, es vel fuisti, est vel fuit. Pl. facti sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt uel fuere. Prȩt. pluſ. factus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. Pl. facti eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erãt vel fuerant. F. fiam fies fiet. P. fiemus fietis fient. Imperatiuus tẽpore præsenti fi, fiat. Pl. fiamus fite fiant. F. fito tu fito ille. Pl. fiamus fitote fiun

to. Optatiuus tempore præsenti vtinam fiam fias fiat. Pl. fiamus fiatis fiant. Pręt. imp. fierem fieres fieret. Pl. fieremus fieretis fierent. Præt. perf. factus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. Pl. facti simus vel fuerimus, sitis uel fueritis, sint uel fuerint. Pręt. pluſ. factus essem uel fuissem, esses uel fuisses, esset uel fuisset. Pl. facti essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. F. fiam fias fiat. Pl. fiamus fiatis fiant. Subiunctiuus tempore pręsenti cum fiam fias fiat. Pl. fiamus fiatis fiant. Præt. imp. fierem fieres fieret. Pl. fieremus fieretis fierent. Præt. perf. factus sim vel fuerim, sis uel fueris, sit vel fuerit. Pl. facti simus uel fuerimus, sitis vel fueritis, sint uel fuerint. Præt. pluſ. factus essem uel fuissem, esses vel fuisses, esset uel fuisset. Pl. facti essemus uel fuissemus, essetis uel fuissetis, essent uel fuissent. F. factus ero uel fuero, eris uel fueris, erit uel fuerit. Pl. facti erimus uel fuerimus, eritis uel fueritis, erunt uel fuerint. Infinitus tempore præsenti, & præt. imp. fieri. Præt. per. & pluſ. factum esse uel fuisse. F. factum iri, uel faciendum esse.

INdicatiuus tempore pręsenti. Eo is it. Pl. imus itis eunt. Pręt. imp. ibam ibas ibat. Pl. ibamus ibatis ibant. Præt. per. iui iuisti iuit. Pl. iuimus iuistis iuerunt uel iuere. Præt. pluſ. iueram iueras iuerat. Pl. iueramus iueratis iuerant. F. ibo

ibis

ibis ibit. Pl. ibimus ibitis ibunt. Imperatiuus tempore præsenti i, eat. Pl. eamus ite eant. F. ito tu ito ille. Pl. eamus itote eunto. Optatiuus tempore præsenti utinam eam eas eat. Pl. eamus eatis eant. Pręt. imp. irem ires iret. Pl. iremus iretis irent. Præt. per. iuerim iueris iuerit. Pl. iuerimus iueritis iuerint. Pręt. plus. iuissem iuisses iuisset. Pl. iuissemus iuissetis iuissent. F. eam eas eat. Pl. eamus eatis eant. Subiunctiuus tempore præsenti cum eam eas eat. Pl. eamus eatis eant. Præt. imp. irem ires iret. Pl. iremus iretis irent. Præt. per. iuerim iueris iuerit. Pl. iuerimus iueritis iuerint. Præt. plus. iuissem iuisses iuisset. Pl. iuissemus iuissetis iuissent. F eam eas eat. Pl. eamus eatis eant. Subiunctiuus tempore præsenti cum eam eas eat. Pl. eamus eatis eant. Pręt. imp. irem ires iret. Pl. iremus iretis irent. Pręt. perf. iuerim iueris iuerit. Pl. iuerim⁹ iueritis iuerint. Pręt. plus. iuissem iuisses iuisset. Pl. iuissemus iuissetis iuissent. F. iuero iueris iuerit. Pl. iuerimus iueritis, iuerint. Infinitus tpe pręsenti, & præt. imp. ire. Præt. per. & plus. iuisse. F. iturum esse. Indicatiuus impersonalis tempore præsenti itur. Pręt. imp. ibatur. Pręt. per. itũ est uel fuit Pręt. plus. itum erat uel fuerat. F. ibitur. Imperatiuus tempore pręsenti eatur. Optatiuus tempore pręsenti utinam eatur. Præt. imp. iretur. Præt. perf. itum sit uel fuerit. Pręt.

pluſ.

pluſ. itum eſſet uel fuiſſet. F. eatur. Subiunctiuus tempore pręſenti cum eatur. Præt. imp. iretur. Præt. per. itum ſit uel fuerit. Præt. pluſ. itum eſſet uel fuiſset. F. itum erit uel fuerit. Infinitus tempore pręſenti, & pręt. imp. iri. Pręt. per. & pluſ. itum eſſe uel fuiſſe. F. itum iri. Gerundium eundum, eundi, eundo, eundum, eundo. Supinum itum, itu.

INdicatiuus tempore præſenti, præt. imp. & præt. perf. Memini meminiſti meminit. Pl. meminimus, meminiſtis meminerunt, vel meminere. Præt. pluſ. memineram memineras meminerat. Pl. memineramus memineratis meminerant. Imperatiuus tempore præſenti memento tu. Pl. mementote vos. Optatiuus tempore præſenti. Præt. imp. & præt. perf. vtinam meminerim memineris meminerit. Pl. meminerimus memineritis meminerint. Præt. pluſ. meminiſſem meminiſſes meminiſſet. Pl. meminiſſemus meminiſſetis meminiſſent. Subiunctiuus tempore pręſenti. Præt. imp. & præt. perf. cum meminerim memineris meminerit. Pl. meminerimus memineritis meminerint. Præt. pluſ. meminiſſem meminiſſes meminiſſet. Pl. meminiſſemus meminiſſetis meminiſſent. F. meminero memineris meminerit. Pl. meminerimus memineritis meminerint. Infinitus tempore pręſenti. Præt. imp. & pręt. per.

INdicatiuus tempore præsenti. Pœnitet. Præt. imp. pænitebat. Prǽt. perf. pænituit. Prǽt. plus. pœnituerat. F. pœnitebit. Imperatiuus tempore prǽsenti pǽniteat. Optatiuus tempore præsenti vtinam pœniteat. Præt. imp. pœniteret. Prǽt. perf. pœnituerit. Præt plus. pænituisset. F. pœniteat. Subiunctiuus tempore præsenti cum pœniteat. Præt. imp. pœniteret. Præt. perf. pœnituerit. Præt. plus. pœnituisset. F. pœnituerit. Infinitus tempore præsenti, & præt. imp. pǽnitere. Prǽt. perf. & plus. pænituisse.

PARTICIPIVM.

PArticipium est declinabilis dictio cum tempore, & casu, actionem vel passionem significans. Participio accidunt sex, genus & casus à nomine, genus item & tempus à verbo, numerus & figura ab vtroque: genera à nomine sunt quinque, masculinum vt lectus, fœmininum vt lecta, neutrum vt lectum, commune vt hunc & hanc legentem, omne vt hic & hæc & hoc legens. Casus sex nominatiuus vt lectus, genitiuus vt lecti, datiuus vt lecto, accusatiuus vt lectum, vocatiuus vt ò lecte, ablatiuus vt à lecto. Genera sunt à verbo quinque, actiuum vt amans, passiuum vt amatus, neutrum vt seruiens

uiens, deponens vt sequens, commune vt expertus. Tempora quinque coniuncta in tribus præsens & præteritum imperfectum simul in ans vel in ens, vt amans, & legens præteritum perfectum & plusquam perfectum simul in tus sus & xus, vt amatus visus amplexus. futurũ per se in rus actiuum, & in dus passiuum, vt amaturus & amandus. Numeri duo singularis vt legens, pluralis vt legentes. Figuræ duę simplex vt legens, composita vt perlegens. Declinantur itaque participia vel per tres articulos & vnam vocem, vt hic hæc & hoc legens, vel per tres diuersas voces, vt lectus lecta lectum. Quare aut sunt primę & secũdę declinationis. G. vt lecti lectę lecti, aut tertię. G. legentis. Cetera ad nostrum de constructione libellum reijcienda censuimus.

PRONOMEN.

PRonomen est declinabilis dictio sine tempore cum casu, quę pro nomine proprio ponitur, & certam significat personam. Pronomini accidũt sex species, genus, numerus, figura, persona & casus. Species duę primitiua vt ego, deriuatiua vt meus. Genera quinque masculinum vt ille, fœmininum vt illa, neutrum vt illud, commune vt ego & tu, omne vt hic & hæc & hoc nostras, & vestras. Numeri duo singularis vt

ego,

ego, pluralis ut nos. Figuræ duę, simplex vt is, composita vt idem. Personę tres, prima vt ego, secunda vt tu, tertia vt ille. Sic in plurali prima vt nos, secunda vt vos tertia vt illi. Casus sex nominatiuus tu, genitiuus tui, datiuus tibi, accusatiuus te, vocatiuus ò tu, ablatiuus à te. Modi vero decli nandi pronomina sunt quatuor, primus cuius genitiuus singularis desinit in i vel in is vt ego. G. mei vel mis. Secundus in us, vt hic & hæc & hoc. G. huius. Tertius in i, æ, i, vt meus mea meum. G. mei meæ mei. Quartus in is, vt hic & hæc & hoc nostras. G. nostratis.

PRIMVS MODVS.

S. Nominatiuus ego. G. mei vel mis. D. mihi. Ac. me. Abl. à me. Pl. nos. G. nostrum vel nostri. D. nobis. Ac. nos. Abl. à nobis.

S. Nominatiuus tu. G. tui vel tis. D. tibi. Ac. te. V. ò tu. Abl. à te. Pl. vos. G. vestrum vel vestri. D. vobis. Ac. vos. V. ò vos. Abl. à vobis.

S. Genitiuus sui. D. sibi. Ac. se. Abl. à se. P. idem. Genitiuus sui. D. sibi. Ac. se. Abl. à se.

SECVNDVS.

S. Nominatiuus iste ista istud. G. istius D. isti. Ac. istum istam istud. Abl. ab isto ab ista

ab isto. Pl. isti istę ista. G. istorum istarum istorũ. D. istis. Ac. istos istas ista. Abl. ab istis.

S. *Nominatiuus is ea id. G. eius. D. ei. Ac. eum eam id. Abl. ab eo ab ea ab eo. Pl. ij eæ ea. G. eorum earum eorum. D. eis vel ijs. Ac. eos eas ea. Abl. ab eis vel ijs. Sic hic hęc hoc. Ille illa illud, & ipse ipsa ipsum.*

TERTIVS.

S. *Nominatiuus meus mea meum. G. mei meę mei. D. meo meę meo. Ac. meum meam meum. V. ò mi mea meum. Abl. à meo à mea à meo. Pl. mei meæ mea. G. meorum mearum meorum. D. meis. Ac. meos meas mea. V. ò mei meę mea. Abl. à meis. Sic tuus tua tuum, & suus sua suum.*

S. *Nominatiuus noster nostra nostrum. G. nostri nostrę nostri. D. nostro nostræ nostro. Ac. nostrum nostram nostrum. V. ò noster nostra nostrum. Abl. à nostro à nostra à nostro. Pl. nostri nostrę nostra. G. nostrorum nostrarum nostrorũ. D. nostris. Ac. nostros nostras nostra. V. ò nostri nostrę nostra. Abl. à nostris. Sic vester vestra vestrum.*

QVARTVS.

S. *Nominatiuus hic & hęc & hoc nostras. G. huius nostratis. D. huic nostrati. Ac.*

hunc

hunc & hanc nostratem & hoc nostras. V. ò nostras. Abl. ab hoc & ab hac & ab hoc nostrate vel nostrati. Pl. hi & hæ nostrates & hæc nostratia. G. horum & harum & horum nostratium. D. his nostratibus. Ac. hos & has nostrates uel nostratis, & hęc nostratia. V. ò nostrates & ò nostratia. Abl. ab his nostratibus. Sic hic & hęc & hoc vestras. Hactenus declinabiles dictiones nomen, verbum, participium, pronomen, nunc indeclinabiles sequantur oportet, quæ sunt præpositio, aduerbium, interiectio, & coniunctio.

PRÆPOSITIO.

PRæpositio est indeclinabilis dictio, quæ declinabilibus vel cōposita, vel apposita prẹferri solet, sed per appositionē casualibus tantum, per compositionem verò uerbis & aduerbijs etiam prẹponitur. Diuiditur autem in tres partes, una seruit accusatiuo, altera ablatiuo, tertia utrique. Accusatiuo seruiunt ad, apud, ante, aduersus uel aduersum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter, secundum, post, trans, ultra, prẹter, supra, circiter, secus, penes. Ablatiuo a, ab, abs, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, prẹ, palam, sine, absque. tenus. Vtrique in, sub, super, & subter.

Aduerbium est indeclinabilis dictio, cuius significatio uerbis adijcitur. Hoc enim perficit aduerbium uerbis additum, quod adiectiua nomina appellatiuis nominibus adiuncta, ut prudens homo prudenter agit, felix uir feliciter uiuit. Sunt autem aduerbij significationes, ut plerique uolunt, septem & uiginti, ut temporis nunc, hodie, heri. Loci hic, intus, foris. Qualitatis bene, male, docte. Quantitatis multum, parum, satis. Optandi utinam, ô si. Interrogandi nunquid, cur, quare, quamobrem. Affirmandi profecto, quidem, certe. Iurandi, ædepol, Castor, Hercule. Dubitandi forsan, forsitan, fortassis, & fortasse. Negandi non, nihil, neque. Prohibendi ne. Euentus casu, forte, fortuna. Hortandi eia, age, agite. Intentionis ualde, penitus, omnino. Remissionis uix, sensim, paulatim. Congregandi simul, unà, pariter. Numeri semel, bis, ter. Similitudinis ut, quasi, sic. Comparatiui magis, minus, uelocius. Superlatiui maxime, ocyssime, doctissime. Vocandi heus, o. Demonstrandi, ecce. Eligendi potius, immo. Diminutiui clanculum, belle. Personalis meatim, tuatim, suatim. Ordinandi primum, deinde, preterea. Discernendi seorsum, sigillatim.

INTERIECTIO.

INteriectio est indeclinabilis dictio, quæ vel in sese plenum animi motum per exclamationem significat, & has habet ferè significationes gaudentis vt euge. Ridentis vt ha ha ha. Admirantis vt papę, hem. Dolentis vt heu, hei. Timentis vt at at.

CONIVNCTIO.

COniunctio est indeclinabilis dictio coniungens, ordinansque sententias. Habet autem coniunctio quindecim fere significati differentias, vt est copulatiua &, que, ac, vt lego, ac dormio. Continuatiua si, sin, vt si febri vexatur calet. Subcontinuatiua quia quando, quoniam, vt quia ambulat mouetur. Disiuncti ua aut, vel seu, vt aut est dies aut nox. Subdisiunctiua aut, vel, siue, vt Alexander, siue Paris. Adiunctiua si, vt, cum, vt doceo vt prosit tibi. Causalis nam, enim, vt doctus sum, nam legi. Effectiua nam, vt legi, nam doctus sum. Approbatiua equidem merui nec deprecor, si qua est cælo pietas. Aduersatiua quamquam, licet, tamen, vt & si tibi benefactum dicis, tamen ab ingrato non discedis. Distributiua sed, autem, vero, vt ego lego, tu vero dormis. Discretiua quàm, vt malo esse diues,

quàm pauper. Dubitatiua an, ne, vt eloquar an sileam? Diminutiua certe, saltem, vt si non vis dare, saltem mutua. Abnegatiua si, cum, vt comederem si haberem. Collectiua ergo igitur, vt habes igitur quod optabas. Completiua equidem, vero, vt Aeneas vero & pius & fortis.

LAVRENTIVS PARISIOLVS DE CONSTRVCTIONE DICTIONVM.

GRammatica est scientia recte loquendi. Locutionis materia vox est. Hæc duas habet partes, aut enim simplex est, aut composita. Simplex itẽ duas habet species, altera est, quæ scribitur vt litera, uelut, a, altera, quæ scribi non potest, vt sibilus. Composita vero est, quæ literis constat vt syllaba, & dictio. De literis, syllabisq. & dictionum generibus satis in superiori libello dixisse videmur. Nunc de dictionum siue verborum constructione dicemus.

DICTIONVM CONSRVCTIO.

DIctionum constructio fit præcipue quatuor modis, Primo adiectiuum cum substantiuo. Secundo relatiuum cum antecedente. Tertio verbum

bum cum nominatiuo. Quarto obliqui cum nomine, verbo, & participio. Adiectiuum cum substantiuo concordare debet in tribus: in genere, numero, & casu, vt vir bonus. Relatiuum cum antecedente in duobus, in genere, & numero, vt mulier quæ. Verbum cum nominatiuo in duobus, in persona, & numero, vt ego doceo, uos discitis. Obliqui tam nomini quidem iunguntur, quam verbo, et participio: sed percipienda est primum omnium consecutio verbi, cuius primum genus est actiuum.

ACtiuorum classes sex plerunq; sunt, Actiuum simplex, possessiuum, acquisitiuũ transitiuum; effectiuum, et separatiuum. Simplex quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo accusatiuum patientem, vt Deus amat bonos.

Amo	*as*	*aui*	*atum*	
Diligo	*is*	*xi*	*ctum*	*per amare*
Video	*es*	*di*	*uisum*	*per vedere*
Lego	*gis*	*gi*	*lectum*	*per leggere*
Fastidio	*is*	*iui*	*tum*	*p hauer in fastidio*
Fallo	*is*	*fefelli*	*falsum*	*per ingannare*
Cano	*is*	*cecini*	*cantum*	*per cantare*

ACtiuum possessiuum quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo accusatiuum patientem, præterea genitiuum, vel ablatiuũ, vt ego emi librum aureo, iudex damnauit illum furti. Sed verba pretij post accusatiuum construuntur cum ablatiuo extra genitiuos tanti, quanti cum compositis, pluris & minoris: quę tamen substantiuo iuncta

in ablatiuo ponuntur. Verba vero criminum cum genitiuo, vel ablatiuo, vt arguo te sceleris, vel crimine.

Emo	is	mi	ptum	per comprare
Vendo	is	didi	ditum	per vendere
Aestimo	as	aui	atum	per istimare
Loco	as	aui	atum	per dare à fitto.
Conduco	is	xi	ctum	per torre à fitto.
Accuso	as	aui	atum	per accusare
Reprehēdo	is	di	ensum	per riprendere

Actiuum acquisitiuum quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo accusatiuū patientem, præterea datiuum. Vt Ego dedi tibi literas.

Do	as	dedi	datum	per dare
Credo	is	didi	ditum	per credere
Præsto	as	stiti	stitum	per mantenere
Commodo	as	aui	atum	per prestare
Scribo	is	psi	ptum	per scriuere
Cōmendo	as	aui	atum	per racomandare

Actiuum transitiuum quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo accusatiuum patientem, prætere alium accusatiuum, vt ego doceo te grammaticam.

Doceo	es	cui	ctum	per insegnare.
Oro	as	aui	atum	per pregare
Moneo	es	nui	nitum	per ammonire
Induo	is	dui	utum	per vestire
Cælo	as	aui	atum	per nascondere
Rogo	as	aui	atum	per domandare

Actiuum effectiuum quęrit à fronte nominatiuum agentem, à tergo accusatiuum patientem, pręterea ablatiuum sine præpositione, vt Democritus priuauit se oculis.

Priuo	as	aui	atum	per priuare
Vestio	is	iui	itum	per vestire
Spolio	as	aui	atum	per spogliare
Polluo	is	lui	lutum	per imbrattare
Purgo	as	aui	atum	per nettare
Munio	is	iui	itum	per fortificare
Contristo	as	aui	atum	per attristare.

Actiuum separatiuum quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo accusatiuum patientem, præterea ablatiuum cum præpositione a, vel ab, vt audio lectionem à magistro.

Audio	is	iui	itum	per vdire
Disco	is	didici		per imparare
Accipio	is	epi	ptum	per riceuere
Vello	is	uelli	uulsum	per schiantare
Arceo	es	cui		per remouere e fare star discosto.
Haurio	is	hausi	stum	per tirar fora
Exigo	is	egi	actum	per riscotere.

PASSIVA.

Passiua quęrunt à fronte nominatiuum patientem, à tergo ablatiuum agentem cum a, vel ab, vt boni amãtur à Deo, pręterea eosdem casus quos actiua, vt liber emitur à me pluris, &c. Quædam

tamen

tamen passiua quæ uocatiua dicuntur, & à fronte, & à tergo nominatiuum quærunt, vt ille dicitur auarus, quandoque & ablatiuum habere possunt, vt ille dicitur auarus ab omnibus: videor vero datiuum frequenter habet; ut Hippolytus uidetur mihi lepidissimus.

Vocor aris	*atus*	*sum*	
Nominor aris	*atus*	*sum*	
Appellor aris	*atus*	*sum*	
Nucupor aris	*atus*	*sum*	
Dicor ris	*dictus sum*		*per esser detto, & nominato.*
Habeor eris	*itus*	*sum*	*per esser reputato.*
Videor eris	*uisus*	*sum*	*per parere.*

NEVTRA.

Neutrorum classes sunt nouem. Neutrum similium copulatiuum, possessiuum, acquisitiuum, transitiuum, effectiuum, passiuum, neutro, passiuum, absolutum, & exceptæ actionis. Neutrum similium copulatiuum quærit à fronte, & à tergo nominatiuum, vt Iacobus est magnificus.

Sum	*es*	*fui*		*per essere*
Euado	*is*	*si*	*sum*	*per diuentare*

Neutrum possessiuum quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo genitiuum uel ablatiuum patientem, ut ego egeo uel indigeo pecuniæ uel pecunia, sed careo, uaço, & abũdo ablatiuũ tantũ.

Egeo

Egeo	es	gui		
Indigeo	es	gui		per hauer bisogno
Careo	es	rui	ritum	per mancare
Vaco	as	aui	atum	per esser senza
Abundo	as	aui	atum	per abundare

NEutrum acquisitiuum querit à fronte nominatiuum agentem, à tergo datiuum patientẽ, vt boni seruiunt Deo.

Seruio	is	iui	itum	per seruire
Placeo	es	cui	citum	per piacere
Studeo	es	dui		per studiare
Obedio	is	iui	itum	per ubedire
Hæreo	es	hæsi	sum	per accostarsi
Faueo	es	faui	autum	per fauorire
Incumbo	is	bui	bitum	per attendere

NEutrum transitiuum quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo accusatiuum patientem, ut colonus arat terram : & format passiuum fere tantum in tertijs personis, ut terra aratur à colono.

Aro	as	aui	atum	per arare
Fodio	is	fodi	fossum	per zappare
Sero	is	seui	satum	per seminare
Insero	is	eui	itum	per inestare
Occo	as	aui	atum	per occare
Meto	is	ssui	ssum	per metere
Puto	as	aui	atum	per potare

NEutrum effectiuum quærit à fronte nominatiuum patientem, à tergo ablatiuum agentẽ

sine

ſine præpoſitione, uel accuſatiuum cum ob uel propter, ut ego gaudeo pace, uel propter pacem.

Gaudeo	*es*	*ſus*	*ſum*	*per rallegrarſi*
Doleo	*es*	*lui*	*litum*	*per dolerſi*
Caleo	*es*	*lui*		*per eſſer caldo*
Frigeo	*es*	*gui*		*per eſſer freddo*
Pingueo	*es*	*gui*		*per eſſer graſſo*
Macreo	*es*	*crui*		*per eſſer magro*
Palleo	*es*	*lui*		*per eſſer pallido*

NEutrum paſsiuum querit à fronte nominatiuum patientem, à tergo ablatiuum agentem cum a, uel ab, ut ego uapulo à magiſtro.

Vapulo	*as*	*aui*	*atum*	*per eſſer battuto.*
Nubo	*is*	*pſi*	*ptum*	*per eſſer maritata*

& dicitur uirgo nupſit ei, uel cum eo tantum.

Liceo	*es*	*cui*	*ꝑ eſſer apprezzato*
Veneo	*is*	*iui, uel ij, uenũ*	*per eſſer uenduto.*

At liceo non habet à tergo ablatiuum agentem, cum a uel ab, ut æſtimor, ſed caſus tantum pretij, ueneo uero ut uendor conſtruitur.

Exulo	*as*	*aui*	*atum*	*per eſſer in exilio*

ut exulat ab urbe, & in urbe.

NEutro paſsiuum dicitur ꝙ in præteritis perfectis & in his quę formantur ab eis retinet declinationẽ paſsiuorum, in cæteris uero neutrorũ.

Gaudeo	*es*	*uiſus*	*ſum*	*per rallegrarſi*
Soleo	*es*	*litus*	*ſum*	*per eſſer ſolito &*

iungitur infinito.

Audeo	*es*	*auſus*	*ſum*	*per hauer ardire*

cum

cum accusatiuo, uel infinito.

Fido	is	fisus	sum	per fidarsi

Cum datiuo uel ablatiuo cum in, & sine in.

NEutrum absolutum quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo casum cum prepositione, sed si significat statum in loco, ablatiuũ cum in, de loco ablatiuum cum a uel ab, per locum accusatiuum cum per, ad locum accusatiuum cum ad uel in, ut ego maneo in urbe, eo per urbem, discedo ab urbe, eo ad urbem.

Maneo	es	si	sum	per stare
Discedo	is	ssi	ssum	per partire
Transeo	is	iui	itum	per passare
Eo	is	iui	itum	per andare
Redeo	is	iui	itum	per ritornare
Vigilo	as	aui	atum	per uegliare
Dormio	is	iui	itum	per dormire

NEutrum exceptæ actionis habet in singulari fere tertiam tantum personam, & à fronte, & à tergo raro casus indigent.

Pluit	bat	uit	per piouere
Ningit	bat	xit	per neuicare
Tonat	bat	tonuit	per tonare
Nubilat	bat	auit	per annuuilarsi
Serenat	bat	auit	per rasserenare
Lucet	bat	xit	
Lucescit	bat		per farsi dì
Aduesperascit	bat		per farsi notte
Fulgurat	bat	auit	per lampeggiare

DEponentiũ classes sunt sex. Possesiuum, acquisitiuum, transitiuum, effectiuum, passiuũ, & absolutum. Deponens possesiuum quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo genitiuũ patientem, vel ablatiuum sine præpositione, vt tu omnium recordaris, ego utor diligentia. Sed utor, fruor, fugor & uescor ablatiuo gaudent: recordor, obliuiscor, & misereor genitiuo: potior utroque.

Utor	eris	usus	sum	
Fruor	eris	ctus	uel	fruitus sum
Fungor	eris	ctus	sum	per usare.
Vescor	eris			per pascersi
Recordor	aris	atus	sum	per ricordarsi
Obliuiscor	eris	oblitus	sum	per dimenticarsi.
Misereor	eris	sertus	sum	per hauer miseri- cordia.
Potior	eris uel iris	itus	sum	per ottenere

DEponens acquisitiuum quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo datiuum patientẽ, vt Deus auxiliatur nobis,

Auxilior	aris	atus	sum	per aiutare
Aduersor	aris	atus	sum	per contrariare
Obsequor	eris	cutus	sum	per compiacere
Gratificor	aris	atus	sum	per far cosa grata
Irascor	eris	iratus	sum	per adirarsi
Medeor	eris			per medicare.
Gratulor	aris	atus	sum	per congratularsi.

De-

Deponens transitiuum quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo accusatiuum patientem, vt boni sequuntur Deum.

Sequor	eris	cutus	sum	per seguitare
Assequor	eris	cutus	sum	per arriuare
Solor	aris	solatus	sum	per consolare
Fateor	eris	fassus	sum	per cõfessare
Testor	aris	atus	sum	per chiamar per testimonio.

Deponens effectiuum quærit à fronte nominatiuum patientem, à tergo ablatiuum agentẽ sine preposition e, vel accusatiuum cum ob, vel propter, vt ego letor pace, vel propter pacem.

Letor	aris	atus	sum	per rallegrarsi
Delector	aris	atus	sum	per dilettarsi
Glorior	aris	atus	sum	per gloriarsi.
Stomachor	aris	atus	sum	per indegnarsi
Verecundor	aris	atus	sum	ꝑ vergognarsi

Deponens passiuũ querit à fronte nominatiuũ patientem, à tergo ablatiuum agentem cum prepesitione, vt ille natus est ex bono patre.

Nascor	eris	natus	sum.	
Orior	eris	ortus	sum	
Exorior	eris	ortus	sum	per nascere
Renascor	eris	atus	sum	per renascere

Deponens absolutum querit à fronte nominatiuum agentem, à tergo casum patientem cum præpositione, pro statu, & motu, vt ille profectus est ad vrbem.

Pro-

Proficiſcor eris ctus ſum per andare.
Ingredior eris ſus ſum per entrare.
Egredior eris ſus ſum per vſcire.
Regredior eris ſus ſum per ritornare.
Labor eris pſus ſum p ſdrucciolare e cadere.
Spatior aris atus ſum per paſſeggiare
Verſor aris atus ſum per praticare.
Digladior aris atus sũ. p far à cortellate

COMMVNIA.

Communia tam actiuam ſignificationem habent quam paſſiuam & pro verbi ſignificatu caſum poſtulant vt dum tu ſectaris apros, ego ſector ab apro.

Sector aris ctatus ſum pre ſeguitare & eſſer ſeguitato.
Adipiſcor eris deptus ſum per acquiſtare & eſſer acquiſtato.
Aggredior eris greſſus ſum per aſſalire, & eſſere aſſallito.
Aſpernor aris atus ſum per diſprezzare & eſſer diſprezzato.
Adulor aris atus ſum per adulare, & eſſere adulato.
Dominor aris atus ſum per ſignoreggiare, & eſſer ſignoreggiato.

Imper-

IMpersonale est duplex actiuæ uocis et passiuæ, actiuæ desinit in t, ut placet, passiuę in tur, ut amatur, habet enim uoces tertiæ tantum personæ, numeri singularis, et impersonale passiuæ uocis oritur ab actiuis, neutris acquisitiuis, transitiuis, & absolutis, et absolute ponitur ab actiuis & neutris transitiuis, ut amatur, aratur, à quibus tamen si quem casum habent, à fronte requirunt ablatiuum cum a, uel ab, à tergo nullũ, at à me legitur, ab illo aratur, quod si cum utroque casu tibi proponantur themata in passiuum conuertas necesse est; ut à me legitur Virgilius, ab illo arantur agri. A neutris autem acquisitiuis & absolutis, à fronte ablatiuũ agentem postulant cum a, uel ab, à tergo casum sui uerbi, ut à me seruitur Deo, ab illo itur in antiquam syluam.

IMpersonale uero actiuæ uocis diuiditur in septẽ classes. prima quærit à fronte ablatiuum agentẽ cum a uel ab, à tergo datiuum patientem ut à me benefit pauperibus.

...efit bat ctum est uel fuit per farsi bene
...alefit bat ctum est uel fuit per farsi male
Satisfit bat ctum est uel fuit per satisfarsi

SEcunda cum infinito est impersonalis, et quærit genitiuum: sine infinito est personalis & quęrit à fronte nominatiuum agentem, à tergo genitiuum patientem, ut studium & honesta uoluptas referunt animi tui: Excipiuntur tamen mei, tui, sui, nostri,

noſtri, & veſtri primitiuorũ pronominum genitiui quorũ loco ponimꝰ mea, tua, ſua, noſtra, & veſtra, vt veſtra itereſt diſcere, mea refert loci natura.

Intereſt erat interfuit

Refert bat retulit per appartenere, eſſer vtile, & importare

TErtia cum infinito eſt imperſonalis, & quærit datiuum, vt mihi placet ſtudere ſine infinito eſt pſonalis, & quærit a frõte nominatiuũ agẽtẽ, à tergo datiuum patiẽtẽ, vt ſtudiũ placet mihi.

Placet bat cuit per piacere.

Accidit bat cidit per accaſcare

Conducit bat xit per eſſer vtile

Licet bat cuit per eſſer licito

Vacat bat auit per hauer tempo.

QVarta cum infinito eſt imperſonalis, & quærit accuſatiuũ, ſine infinito eſt perſonalis, & quærit à fronte nominatiuũ agentẽ, à tergo accuſatiuum patientem, vt me iuuat docere, vos ſtudium delectat.

Decet bat cuit per cõuenire, e ſtar bene

Iuuat bat iuuit per giouare, e delettare

Delectat bat auit per delettare

Oportet bat tuit per biſognare

QVinta cum infinito eſt imperſonalis, & quærit accuſatiuum cum ad, ſine infinito eſt perſonalis, & quærit à fronte nominatiuum agentem, à tergo accuſatiuum patientem cum ad, vt ad me pertinet legere, ſtudium ſpectat ad omnes.

Pertinet

Pertinet bat nuit
Spectat bat auit
Attinet bat nuit per appartenere.

SExta ſemper eſt impersonalis, & querit à frōte accuſatiuum patientem, à tergo genitiuum, vel infinitum vt me pœnitet facti, vel feciſſe.

Pœnitet bat tuit per pentirſe
Tædet bat pertęſum eſt, vel fuit per rincreſcere.
Miſeret bat miſertum eſt vel fuit per hauer miſericordia.
Piget bat guit per attriſtarſi
Pudet bat duit per vergognarſi.

SEptima ponitur cum infinitis, & illorum verborū naturam ſequitur, & cōſtructionē, vt me incipit pœnitere facti, tibi ſolet placere ſtudium.

Incipit bat cepit per cominciare.
Deſinit bat deſiuit per ceſſare
Debet bat buit per douere
Solet bat litum eſt per eſſer ſolito
Poteſt erat tuit per potere;

IN finitus pendet à verbo; & ſi fuerit perſonalis à fronte quærit accuſatiuum, à tergo caſum ſui verbi, vt credo te ſtudere literis ſin autem imperſonalis nullum mutat caſum, vt video à te ſtuderi literis credo à me ſeruitum iri Tiberio: tua intereſſe ſtudere literis.

ADuerbia localia diuersitatem loci significantia sunt quatuor ceterorum capita, vbi, quo vnde, qua. Vbi significat statum in loco, quo ad locum. Vnde de loco quà per locum, quę sigillatim suis verbis tribuuntur sto, eo, discedo, transeo, sed quæ duo verba requirunt verbo debent obsequi qđ non est principale, vt quacunque transieris ero, transeas vbi fuero.

IN LOCO.

Vbi	doue, in qual luogo
Hic	qui, in questo luogo
Istic	costi, in costesto luogo
Illic & ibi	li, in quel luogo
Alibi	altroue, in altro luogo
Alicubi	in, alcun luogo
Necubi	che, in niun luogo
Sicubi	se in alcun luogo
Vbiuis	doue tu voi
Vbique & passim	per tutto
Vbicunque	in ciaschedun luogo che
Ibidem	in quel medesimo luogo
Peregre	in peregrinaggio
Vsquam	in qualche luogo
Nusquam	in niun luogo
Intus	dentro
Foris	di fuora

AD

Quo	*doue in qual luogo*
Huc	*qui in questo luogo*
Istuc	*costi in cotesto luogo*
Illuc, illo, & eo	*li in quel luogo*
Alio	*altroue in altro luogo*
Aliquo	*in alcun luogo*
Nequo	*che in niun luogo*
Siquo	*se in alcun luogo*
Quouis	*doue tu voi*
Quolibet	*doue ti piace*
Quocunque	*in ciascbedun luogo che*
Eodem	*in quel medesimo luogo*
Peregre	*in peregrinaggio*
Vsquam	*in alcun luogo*
Nusquam	*in niun luogo*
Intro	*dentro*
Foras	*di fuora*

Haec sequuntur aduerbia loci versus locum, & vsque ad locum. Quorsum, horsum, illorsum, istorsum, aliorsum, dextrorsum, sinistrorsum, sursum, deorsum, si quorsum, aliquorsum, nequorsum, Quousque, hactenus, hucusque, illucusq; istuc usque, & eousque.

DE LOCO.

Vnde	*donde, di che luogo*

Hiuc	*di qui, di questo luogo*
Istinc	*di costi; di cotesto luogo*
Illinc, & inde	*di lì, di quel luogo*
Aliunde	*d'altroue, d'altro luogo*
Alicunde	*d'alcun luogo*
Necunde	*che di niun luogo*
Sicunde	*se d'alcun luogo*
Vndeuis	*donde tu voi*
Vndelibet	*donde ti piace*
Vndecunque	*di ciaschedun luogo che*
Indidem	*di quel medesimo luogo*
Vndique	*d'ogni luogo*
Peregre	*di peregrinaggio*
Intus	*dentro*
Foris	*di fuori*

PER LOCVM

Qua	*doue, per qual luogo*
Hac	*di qua, per questo luogo*
Istac	*di costa, per cotesto luogo*
Illac illa, & ea	*di la per quel luogo*
Alia	*per altro luogo*
Aliqua	*per alcuno luogo*
Nequà	*che, per niun luogo*
Siquà	*se per alcun luogo*
Quacunque	*per ciaschedun luogo che*
Quauis	*per qual luogo tu voi*
Qualibet	*per qual luogo ti piace*
Eadem	*per il medesimo luogo*

VR-

Nomina propria Vrbium & Oppidorum, vt aduerbia ponuntur, At primæ vel secundæ declinationis in genitiuo cum verbis, quæ significāt statū in loco, tertię in datiuo vel ablatiuo in plurali tantum declinata in ablatiuo, vt fui Romę Tarenti, Tyburi, vel Tybure Venetijs. Motum ad locum in accusatiuo omnia, vt iui Romam, Tarentum, Tybur, Venetias, cum versus etiam & vsque ponuntur in accusatiuo: de loco & per locum in ablatiuo, vt discessi & transiui Roma Tarento Tybure Venetijs.

DOMVS, RVS, HVMVS, & Militia.

Horum naturam imitantur Domus, Rus, Humus, & Militia vel bellum, At Domus per omnes casus secundæ declinationis qui possunt vt aduerbia poni vtriusque numeri: vt fui domi, eo domum vel domos: domo transeo & discedo, sum ruri vel rure, eo rus transeo & discedo rure. Militia & bellum in genitiuo tantum vtimur in loco, vt sum Militię vel belli: Humi vero procumbit iacet, sternit, serpit, at surgit humo. His pręterea & vrbium nominibus, hęrent hęc tantum uocabula sine præpositione meus tuus suus noster & vester, & alienus, vt venio Romam tuam, do-

mi sum alienæ. Nam cum ceteris nominibus vel pronominibus tam adiectiuis, quam substantiuis posita præpositionem requirunt, vt venio ab Vrbe Roma, eo ad doctas Athænas. Peto tamen pro eo nunquam admittit prępositionem.

GERVNDIVM.

Gerundium ponitur pro infinito. Eius nominatiuus genitiuus & datiuus sui verbi significatum retinent & à tergo casus. Accusatiuus vero, & ablatiuus habent significationem quidem & à tergo casus sui verbi, sed ab actiuis, neutris transitiuis, et cōmunibus passiuè quoque significāt: Accusatiuus tamen à tergo tunc sine casu: Ablatiuus etiam sine prępositione punitur.

Nominatiuus prętcrea infinitum sui verbi significat & oportet decet & similia, construitur cum verbo substantiuo, & datiuum plerunque postulat, vt nobis eundum est alio, tibi Romane viuendum est.

Genitiuus à nomine substantiuo regitur, & adiectiuis quibusdam, vt sum hic causa legendi Virgilium. cupidus, timidus, & certus eundi Romā. Sed à verbis similium copulatiuis non habet à tergo casus sui verbi quale esset sum hic causa viuendi, existendi, vel manendi lætus.

Datiuus applicatur verbis, vt dedi operam quærendo Ascanium, sum soluendo, non sum fe-

rendo, & nominibus adiectiuis, vt aptus sum natando.

Accusatiuus à verbo pendet, vel adiectiuis quibusdam vt paratus, idoneus, aptus, & præpositiones admittit ad, inter, ob, propter, in, & ante, vt venio ad legendum Virgilium, sum aptus ad docendum grammaticam. At cum esse vim habet nominatiui & constructionem, vt puto legendum esse Celsum.

Ablatiuus à verbo pendet, & præpositiones accipit a, in & de, ab, e, & ex, cum, & sine at cum a, in & de, tantum habere casus à tergo nobis cõperitur, ut in legendo Tullium proficies. & absolute ponitur vt cantando vicimus.

GERVNDIVM.

Gerundiuum nomen est adiectiuum per tres diuersas voces gerundio similes, oritur plerunque ab actiuis, neutris transitiuis, & communibus, gerundijque more ponitur, ac regitur, vt amanda virtus est, intelligendi Ciceronis causa vigilo, oneri ferendo non sum, ad legendas epistolas eo, tu legendis nostris fies eruditior, Ergo si gerundium conuertere volueris in gerundiuum, spectandum prius est an verbum, vnde gerundium duxisti, gerundiuum habeat, deinde casum qui fuerat à tergo gerundij, gerundiui regimen eiusdem casus & numeri conficias vt tibi legendum est bonos autores,

res, tibi boni auctores legendi sunt.

SVPINVM.

SVpinum in vm habet significationem, & structuram sui verbi, & sequitur verbum significans motum ad locum, vt eo lectum Virgiliũ, tu venis vapulatum. In u vero passiuè ponitur, obsequiturq́, nominibus adiectiuis, nec habet à tergo casus, vt res facilis dictu, & actiuæ vt primus cubitu surgo, postremus cubitum eo.

PARTICIPIVM.

PArticipium ab omnibus verbis personalibus deriuatur, & coniungitur substantiuo nomini, vel pronomini, vt adiectiuum, Habet autem tempora quinque præsens & præteritum imperfectum simul, preteritum perfectum & plusquam perfectum simul, & futurum per se. Præsens & præteritum imperfectum terminationes habet duas, ans & ens vt amans & legens. Preteritum perfectum & plusquam perfectum tres in tus sus & xus, vt amatus uisus & amplexus: & in vus vnum mortuus. Futurum duas in rus actiuum & in dus passiuum vt amaturus & amandus. In ans vel in ens formatur à prima persona præteriti imperfecti mutata vltima syllaba bam vel bar in ns vt amabam amans, sequebar sequens. In tus

sus

ſus & xus ab vltimo ſupino addita s, vt amatu amatus ſecutu ſecutus. In rus ab eodem ſupino in u addita rus vt amatu amaurus ſecutu ſecuturus. In dus, à genitiuo præſentis participij mutata tis in dus, vt amantis amandus legentis legendus, Habet ſui verbi ſignificationem cum relatiuo, vel ſi quando quoniam dum quamuis & alia talia & conſtructionem à tergo, vt diſcipuli legentes Virgilium diſcunt latine loqui. Virgilius lectus à me prodeſt vobis, ideſt diſcipuli qui legũt vel legebãt. Virgilius qui lectus eſt, vel fuit aut fuerat. At ſi de fuerit ſubſtãtiuum, participium habet in ſe antecedẽs ille, illa, illud, aut alia ſimilia & relatiuũ, vel ſupradictas particulas, vt legẽtes diſcunt ideſt illi qui legunt diſcunt. Si defuerit verbum quo cum iungatur in ablatiuo ponitur, vt me docente vos diſcitis: id autem accidit ſi diuerſa vox erit, quam ſequitur participium, ab illa, quæ verbo coniungitur. Nam ſi ſit vox eadem verbo ſequenti tribuitur, vt ego docens diſco mihi docenti fauetis.

COMPARATIVVM.

Comparatiuum dicitur nomen adiectiuum per tres articulos, & duas voces in or & us, vt hic & hæc doctior & hoc doctius fit ab adiectiuis nominibus, quorum qualitas vel quantitas poteſt augeri, vel minui per plus & minus, à ſecundæ declinationis genitiuo, & à tertia datiuo addita

.or,

or, vt docti doctior, forti fortior, habet significatũ positiui cum magis, vt doctior magis doctus fortior magis fortis. Quærit à tergo ablatiuum sine præpositione, vel casum cum quam qui pendet vel à verbo quod iunctum est comparatiuo, vel ab alio vt ego sum doctior M. Antonio vel quam M. Antonius, credo M. Antonium doctiorem futurũ, quam nunc habeatur Curius & tã ad vnum quàm ad plures tam sui generis quàm alieni fieri potest comparatio, vt Cicero fuit eloquentior Crasso, & Grecis omnibus. Item casus habet positiui vt sum amantior tui quã M. Antonius, casus excessus in ablatiuo ponitur, vt sum altior te tribus digitis. Tãto, quanto paulo, multo & lõge comparatiuis iũgũtur, hoc, eo & quo pro tanto & quanto. Anomala sunt minor melior peior, maior plus à multum, minus à parũ. Hinc dicimus, plus olei, minus pecunię.

SVPERLATIVVM.

SVperlatiuum dicitur nomen adiectiuum, per tres diuersas voces in mus, ma, mum, vt doctissimus ma mum: fit à nominibus unde fit comparatiuum à secundę declinationis genitiuo addita s, & simus, à tertiæ vero genitiuo addita simus; vt docti doctissimus, fortis fortissimus: A desinentibus tamen in er, à nominatiuo addita rimus, vt nigerrimus. Item maturrimus: Habet significatum positiũi, cum maximè, vt doctissimus maxime doctus;

regit,

regit genitiuum pluralem, vel singularem nominis collectiui, & ad plures sui generis tantum comparatur, vt Hector fortissimus Troianorum, vel Troianæ gentis. Admittit tanto quanto longe, & quam cum qua tamen genitiuum non regit. Anomala sunt maximus, minimus, optimus, pessimus, plurimus, dextimus, sinistimus, infimus intimus, extimus, citimus, extremus, & supremus, & postremus; facilis item agilis, docilis gracilis humilis, & similis faciunt superlatiuum in limus dempta is nominatiui, & addita limus, vt facilimus.

MEDITATIVA.

Verba in sco deriuata dicuntur meditatiua vt ferueo es feruesco, habent significationem verbi à fio compositi, vt tumescunt tumefiunt, & quærunt à tergo ablatiuum sine præpositione vt, cera sole liquescit. Primitiuorum etiam naturam, & cõstructionem seruãt, carent pręteritis, & supinis præter quędam, quæ primitiuorum seruant prgteritum, vt calui, increbui.

FREQVENTATIVA.

Frequentatiua primitiui actum frequenter fieri significant vt merso frequenter mergo, volito frequenter volo, sic minitor, sector, sunt primę coniugationis, primitiuorum genus, & constructionem seruant.

Esideratiua desinunt in vrio, & primitiui actus desiderium significant, vt cænaturio, cupio cænare, sunt neutra quartę coniugationis, & primitiuorum seruãt constructionem, carentq. preteritis & supinis, prater esurio, parturio & nupturio.

DIMINVTIVA.

Iminutiua desinunt in lo, & primitiui actũ diminutiue, ideſt paulatim facere significant, vt sorbillo, paulatim sorbeo, sui verbi genus & cõstructionem seruant.

RELATIVA NOMINA

Elatiuum nomen est adiectiuum quod refert antecedens & est duplex, substantiæ & accidentis: substantiæ est quod refert antecedens substantiuum, vt qui, quę quod: Accidentis refert antecedens adiectiuum, vt qualis, quantus, quot quotus cuias & cuius.

Relatiuum substantię si ponitur inter duo substantiua, quę sibi respondeant, potest cum vtrouis conuenire, vt locus est in carcere, quod Tulli anum appellatur, eo loci senatus stationem peragebat,

qui

qui hodie ſcnaculum dicitur.

Relatiuum accidentis tam conſequens refert quam antecedens, cum antecedenti concordat in genere & numero, nam caſum occupat verbum ſequens vt vellem eſſe doctus qualem vos prædicatis, cum conſequenti vero in genere, numero, & caſu, quia ab eodem verbo regitur, vt cupio eſſe doctus quales vos eſtis.

Qualis refert adiectiua qualitatis, tum animi, tum corporis, tum externorum, vt bonus, malus, niger, albus diues, pauper, vt ſum pauper, qualis Antonius:

Quantus refert adiectiua quantitatis continuæ, vt magnus, paruus, longus, breuis, latus, altus, profundus, vt ſum paruus quantus Antonius.

Quot refert adiectiua quantitatis diſcretæ, vt duo, tres, quatuor, vt habeo ducentos libros quot Antonius.

Quotus refert numeralia ordinis, vt primus, ſecundus, tertius, vt tu es in ſchola ſecundus, quotus eſt Antonius in Academia.

Cuias refert nomina gentis, patriç, & ſectæ vt Italus, Peruſinus, Peripateticus, vt ego ſum Peruſinus

rusinus cuiates vos non estis.

Cuius cuia cuium refert nomina & pronomina possessiua, & substantiuorum genitiuos, vt Euandrius paternus meus Catonis, ut liber est meus cuia est mula.

FIGVRÆ CONSTRVCTIONIS.

Figurę constructionis sunt octo, zeugma, syllepsis prolepsis, synthesis, antiptosis; euocatio, appositio, & sinecdoche. Zeugma est cum verbum vel adiectiuum pluribus dictionibus separatim conueniens cum viciniori concordat, vt ego lego, tu & ille, ego tu legis, & ille: ego tu & ille legit, fit enim tribus modis, à participio à medio & à fine.

Syllepsis cum verbum adiectiuum numeri multitudinis pluribus dictionibus iunctim conueniens cum vno tantum concordat in persona, vel genere, vel casu vt ego, tu, & ille legimus, tu & ille legitis concipit enim prima, secundam, & tertiam, secunda tertiā, Mars & venus capti. Caia & Mancipium mortuę, Masculinum enim genus, fœmininum concipit & neutrum; fœmininum vero neutrum; sępissime tamen neutrum masculinum concipit, & fœmininum. In casu denique nominatiuus concipit ablatiuum cum prępositione, cum, vt Remo cū fratre Quirinus iura dabant.

Pro-

Prolepsis cum verbum, vel adiectiuum multitudinis saltem intallectu cum dictione aliqua concocordans, in partibus sequentibus tacite repetitur, vt Aquilæ volant altera ab oriente altera ab occidente.

Synthesis cum verbum vel adiectiuum cum aliqua dictione concordat intellectu, non etiam vuce, vt pars in frusta secant.

Antiptosis casus pro casu, vt it clamor cælo; idest in cælum.

Euocatio cum pronomen primæ vel secudæ personæ cum dictione tertiæ coniungitur, vt ille ego bella cano.

Appositio cum substantiua duo iunguntur vt Vrbs Perusia renouatur.

Sinecdoche cum significatio partis per adiectiuum, vel verbum tribuitur toti, vt nuda genu.

FINIS.

Verba pendētia infinitū q̄ruū efficiūt sextū . fol. 13.